VV. Clariſſ:

IOHANNIS RVTGERSII,
ERYCII PVTEANI,
IOHANNIS BRANTZII

SPICILEGIA
IN APVLEIVM

AD

GEVERHARTVM
ELMENHORSTIVM.

FRANCOFVRTI,
In Officina VVecheliana, Apud Danielem & Dauidem Aubrios, & Clementem Schleichium.

ANNO M. DC. XXI.

IOHANNES RVTGERSIVS Geuerharto Elmenhorſtio ſuo.

INCREDIBILE dictu eſt, GEVERHARTE ELMENHORSTI, V. C. quantopere literæ tuæ me affecerint. Nam & ea venuſtate, iiſque gratiis ſcriptæ erant, vt ipſe Muſarum pater non quinta nectaris ſui parte, vt ille ait, ſed vero tota eas ambroſia perfudiſſe videatur. Accedebat, quod in tanta tẽporis, tantaque locorum longinquitate, qua alter ab altero hactenus diuulſi ſumus, memoriam noſtri apud te conſtanter viguiſſe ex iis perſpiciam. Equidem vt id quod res eſt, dicam, in hac grauiſſimarum occupationũ mole, quam ſacratiſſima inuicti principis mei Maieſtas humeris meis impoſuit, nihil iucundius, nihilque gratius mihi accidere poterat, quam illa quouis melle ſuauiori cariſſimi mihi capitis allocutione ea tædia leuare, quæ hæc vita, ſi non ingrata, moleſta tamen ſecum trahit. Ac mihi quidem oculos nonnunquam ad illa Muſarum ſacra, quibus adoleſcentia

noſtra ſi non litauit, certe fecit, retorquenti, non ſine acerba recordatione dulciſſima illius beatiſſimi temporis imago ſubit, quo ſolutus omni cura nunc cum Platone atque Xenophonte ſanctiſſimis atq; ſaluberrimis Socratis ſermonibus intereſſem: cum Epicteto atq; Seneca tranquillam ac beatam vitam quærerem, alibi tamen reperirem. Curioſam Plutarchi in omni eruditionis genere felicitatem cum vaſta illa, ac qua rerum Natura patet diffuſa Plinii ſcientia coniungerem. Nunc aſtrictam atque grauem Thucydidis ac Salluſtii breuitatem ineffabili dictionis ac narrationum Herodoti lepore, lactea T. Liuii eloquentia, vberi ac beata vtriuſque copia diluerē. Nunc diuina Ciceronis facundia deductus, aut illa non expugnanda Demoſthenis vi raptus in forum redibam, vnde non infauſtum, vt poeta ait, ſed mehercule felicem pedem extuleram. Cum Homeri Achille Hectorem, ſed incruenta cæde, & qualem filio optaſſet Priamus, proſternebam. Cum Arato cœlum, cum Dionyſio terras atque æquora luſtrabam. Interdum iuuabat Æſchyli thyrſum Sophoclis cothurno velut faſces maieſtati ſubmittere; in ſcena cum Euripide philoſophari: Videbam

bam audaces Pindari conatus Venuſinæ fidei temperamento frænari. Nunc diuinæ ſacræ Æneidos maieſtatem, illa humano ingenio inacceſſa ac negata Georgicorum Venere temperabam. Erat, vt cum Terentio mores hominum notarem, cum Horatio corrigerem, cum Iuuenale iis iraſcerer. Ad hæc perſæpe otii dulcedine reſolutus in reducta valle ad lymphę ſalientis riuum ſub patulis procerę alicuius arboris ramis ſic temere poſitus cum Theocrito ruſticarer, Anacreonte biberem: Nunc puriſſimi Catulli deliciis ebrius vagabar: Cum Tibullo excluſus ad dominæ fores querebar; mox victor victæ cum Propertio leges dabam. Cum Ouidio triſtis, Plauto iocoſ- on- Ariſtophane vrbanus eram. Hęc mi- l, EL- nunquam memoria repetenti, r- SIME, tui- MENHORSTI PRAESTAN- mirari ſubit, que ſimilium felicitate- œniſſimis Muſa- qui ſecreti à vulgo i- etis gratiſſimo otio rum atque Sapien- tot ac tanta immortalis acquieſcitis. H- menta, quibus inſtans ſe- ingenii tui - ſti, futurum deuinxiſti. Nam culum ill- ſtudia, quibus Deo fretus Ec- vt gr- tibi obligaſti, hic omittam, quot & c- lita ea ſunt, quæ poſt innumeros eoſ-

que ſummos viros, nullis priorum ingeniis obſeruata in eruditiſſimum ſcriptorem Apuleium notata habes! Equidem non is ſum, cui promptum ſit in adulationes ingenium; ſed hoc veriſſimum velut à iurato teſte iudicium noſtrum habe; Tot ac tanta ea ſunt, vt cordatos in poſterum à ſimili conatu deterrueris. Quem laborem quod nomini noſtro inſcribere volueris, verba quærenti deſunt, quibus dignas tibi gratias agam. Quo enim verborum honore tale ac tantum beneficium, quo obſcurum nomen noſtrum in lucem prodire iuſſum immortalitatis peplo intexuiſti, explicari poſſit? Quod igitur ingenioſum pictorem feciſſe ferunt, id hoc tempore mihi faciendum video; Quod verbis aſſequi non poſſum, ſacri ſilentii ſipario tegam. Cæterum huius tanti beneficii, cui me non eſſe ſoluendo profiteor, præmium à deuincta tibi poſteritate feret. Vale ô meum, & Germaniæ tuæ decus; Et hæc loca, de quibus iudicium noſtrum quæ [illegible] cum venia legere memento.

Pag. 1.

Pag. 1. v. 9. *De philoſophia naturali.*]

Plato natus die, qua apud Delon Latona fertur Apollinem Dianamq́; peperiſſe. Pridie Socratem genitum accepimus.]

Hic locus manifeſte corruptus eſt. Neque enim Apollo ac Diana vno eodemque die nati ſunt; verum Diana vno die fratrem præceſſit. Nata enim Diana fertur Thargelionis VI. Poſtridie autem, hoc eſt VII. Apollo. De Diana Proclus in ἡμέραις. τὴν δὲ ἕκτην αἱ ἐπιτηδείαν πρὸς κόρης γένεσιν εἶναι βούλεται, καὶ τὴν τῆς Ἀρτέμιδος οὖσαν ἱερὰν, ὡς γενέθλιον τῆς θεοῦ. De Apolline Heſiodus. ἡμέραις.

——καὶ ἑβδόμη ἱερὸν ἦμαρ
Τῇ γὰρ Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ.

vnde & ἑβδομαγενὴς dictus eſt, vt præter alios auctor eſt Plutarchus. Quare recte Dionyſius Halicarnaſſenſis in Arte, quo loco de Genethliacorum compoſitione agit; εἰ δὲ ἑβδόμη ἢ ἕκτη, ὅτι ἱεραὶ τοῖν θεοῖν καὶ ὅτι κοινωνίας πρὸς τὸ κρεῖττον κατὰ τὸ τῆς γενέσεως. Dicit ſextam & ſeptimam duobus Diis, Dianæ ſcilicet & Apollini ſacras eſſe. Intelligit enim priorem, hoc eſt VI. Dianæ; alteram, hoc eſt VII. Apollini dedicatam. Cur autem Diana prior nata ſit, ratio eſt, vt naſcituro fratri obſtetricaretur. Proclus: διὸ καὶ προτέραν γενέσθαι φασὶ τοῦ Ἀπόλλωνος, ἵνα καὶ μαιεύσηται τὸν ἀδελφόν. Quare nulla mutatione, tranſpoſita tantum vnica vocula, ita locus legendus eſt.

v. 20. *Plato natus die qua apud Delon Latona fertur Apollinem peperiſſe; Pridie qua Dianam, Socratem genitum accepimus.*]

Pridie qua Dianam Latona fertur peperiſſe ſcilicet, id enim ἀπὸ κοινοῦ repetendum eſt. Omnia clara. Socrates VI. Thargelionis, hoc eſt, eadem die,

qua Diana, natus eſt. Laertius, ex Apollodoro: ἐγεννήθη δὲ Θαργηλιῶνος ἕκτῃ, ὅτε καθαίρουσι τὴν πόλιν Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν Ἄρτεμιν γενέσθαι Δήλιοι φασίν. Plutarchus Sympoſiacorum VIII. τῇ ἕκτῃ τοῦ Θαργηλιῶνος ἱσταμένου τὴν Σωκράτους (γένεσιν) ἀγαγόντες. E quibus eruditiſſimos homines grauiter lapſos eſſe conſtat, qui affirmare non dubitant, Diogenem tradidiſſe, Socratem eodem die natum eſſe, quo Diana & Apollo nati ſunt. Cum Diogenes eo die genitum dicat, quo Diana ſola nata ſit. Poſtridie, hoc eſt, VII. Thargelionis Apollinem Latona peperit, vt iam vidimus, eodemque Platonem quoque natum fuerunt. Diogenes ex Apollodoro: καὶ γίνεται Πλάτων ὀγδόῃ καὶ ὀγδοηκοστῇ ὀλυμπιάδι, Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ καθ' ἣν Δήλιοι τὸν Ἀπόλλωνα γενέσθαι φασί. Plutarchus loco dicto, τὴν τοῦ Πλάτωνος ἑβδόμῃ. Quare deſinat eruditis viris aut vox *pridie* delenda, aut τὸ *Socratem* ſuſpectum videri.

Mileſiarum I.] Mileſiarum principium verſibus conceptum fuiſſe primus obſeruauit, vir patrum noſtrorum memoria doctiſſimus Philippus Beroaldus. Quo nomine eruditi nonnulli viri eum ſugillare auſi ſunt, hoc ſolo argumento freti, quod Apuleii ſermo pedeſtris poetici inſtar totus flueret. quaſi Beroaldus eo nomine deceptus verſus eſſe credidiſſet. Equidem vt Apulei ſermonem poetico propiorem eſſe non diffiteor; ita vllam mihi in toto hoc auctore paginam oſtendi velim, in qua non dicam leui, ſed nulla prorſus mutatione è ſoluta oratione ligata fieri poſſit. Deinde verſibus ab auctore conceptum eſſe, ipſe docet. *Ecce; ipſa hac quidem iam vocis immutatio deſultoria ſcientia ſtylo, quem arceſſimus reſpondet.* Quæ vocis immutatio? nimirum verſus cantillauerat. Vbi ad proſam ventum fuit, graui

ac ora-

ac oratorio geſtu pronunciare cœpit. Id quod eruditiſſimos viros fugiſſe miror. Hoc igitur eſt, quod *vocis immutationem* vocat. Vt autem hæc omnia verſibus concepta eſſe rectè Beroaldus vidit, ita eos ſic diſpoſuit, vt id, quod affirmauit, ipſe non intellexiſſe videatur. Non eſt pudoris noſtri, vt quotíes sũmus in literis ſuo æuo vir in ſyllabas peccarit, enumeremus. Hoc tantum à ſtudioſis petimus, vt noſtra cum illius, vtraque cum vulgatis codicibus conferre non grauentur. Ita ergo ab Apuleio hæc concepta eſſe affirmamus.

At ego tibi ſermone iſto Mileſio
Varias fabellas conſeram, atq; aures tuas
Lepido ſuſurro beneuolas permulceam;
Modo ſi papyrum Ægyptiam tu argutia
Nilotici calami inſcriptam non ſpreueris
Inſpicere. Figuras formaſq; hominum imagines
In alias conuerſas, & in ſe mutuo
Rurſum nexu refectas, vt mireris hic
Exordior. Quis ille, paucis accipe.
Himettos Attica, atque Iſthmos Ephyreia &
Spartiaca Tænaros gleba felicis æ-
ternum libris felicioribu' condita.
Mea vetus eſt proſapia.
Ibi linguam Atthidem primis pueritiæ
Stipendiis merui. Latina in vrbe mox
Aduena ſtudiorum Quiritium.
Labore ſermonem indigenam ærumnabili
Nullo praeunte magiſtro aggreſſus excolui.
Et ecce præfamur veniam ſi quippiam
Exotici ac forenſis ſermonis rudis
Offendero locutor.

Videamus paucis. Verſu ſecundo Beroaldum

ſecuti *fabellas* ſcripſimus, cum in aliis legatur *fabulis*. Eodem verſu, *atque aures tuas*, cum Colinæi ac priore Baſileenſi editione. Cum in aliis ſit, *aureſq́ tuas*. Verſu tertio ordinem ſolummodo verborum immutauimus. Ita enim vulgo, *beneuolas lepido ſuſurro permulceam*. Verſu ſexto, quo loco vulgo *fortunaſq́* legebatur, auctoritatem Bembini codicis ſecuti *formaſq́* ſcripſimus. Eodem & ſequenti verſu voces nonnullas ſolummodo tranſpoſuimus. Ita enim vulgo, *In alias imagines conuerſas, & in ſe rurſum mutuo*. Verſu decimo vulgo, *& Iſthmos Ephyræa*, nos ſtabiliendo verſui, *ac Iſthmos Ephyreia & Sp.* &c. Vt *Ephyreiaque æra* apud Poetam. Vndecimo vulgo, *Tænaros Spartiaca*. Nos propter verſum Spartiaca Tænaros. Eodem pro *gleba felices*, *gleba felicis* ſcripſimus. Quod autem τὸ *æternum* ſic diuiſimus, vt prior quidem ſyllaba ad priorem, reliquæ ad ſequentem verſum pertinerent, id & Latinorum & Græcorum exemplo fecimus; vt illud Simonidis:

—— *ἡνίκ' Ἀριστο-*
γείτων ἵππαρχον κτεῖνε-

Horatius. —— *quid inter-*
—— *eſt in matrona &c.*

Et: —— *Ioue non probante vx-*
—— *orius amnis.*

Et ſimilia. Verſus decimus tertius Iambicus quaternarius eſt, in quo vnica tantum vocula tranſpoſita pro *proſapia* eſt, ſcripſimus eſt *proſapia*. Decimo quinto vulgo mox in vrbe *Latia*, nos licentia certe minima, *Latina* in *vrbe mox*. Decimus ſextus quaternarius eſt. In eo τὸ *Quiritium*. contrahendum eſt, vt ſi eſſet *Quirtium* quale eſt apud Lucilium, *fri idaria*, apud Horatium, *amcitur*, & ſimilia apud Lucretium alioſque ἴσα κύνες. Decimo

oćtauo iterum voculam tranſpoſuimus. Cum enim vulgo legeretur, *nullo magiſtro praeunte*, nos *nullo praeunte magiſtro* ſcripſimus, & *τὸ excolui* aut τελουμάζοις legendum eſt, aut poſtrema ſyllaba ad ſequentem verſum releganda. Decimo ſeptimo audacia fortaſſis ignoſcenda, pro, *ſiquid*, vt conſuleremus verſui, *ſiquippiam*, repoſuimus. Vltimo, pro *Locutor offendero*, Offendero locutor.

Atque hæc quidem ſunt, quæ partim auctoritate codicum, partim ex ingenio mutauimus, quæ tam exilia ſunt, vt ne prolixius quidem eorum rationem reddendam exiſtimauerim. Et hactenus quidem verſus. Quæ ſequuntur proſa concepta exiſtimamus. Si quis audacior tamen in numeros redigere velit, exiguo negotio poterit hoc modo:

Ipſa iam quidem
Hæc vocis immutatio, deſultoria
Stylo reſpondet, quem arceſſimus ſcientia.
Nunc fabulam Græcanicam
Incipiam; intende lector, & lætaberis.

vt *τὸ arceſſimus* penultima longa ſit ab arceſſio. Verum id quod de vocis immutatione dixit, non aliter nobis perſuadere poteſt, quam iam verſus hic deſinere. Sed & huius coniecturæ, vt & aliarum noſtrarum omnium, penes te præſtantiſſime Elmenhorſti, iudicium eſto.

Pag. 282. v. 1. *Quid enim ſi choragium thymelicum poſſiderem, num ex eo argumentarere etiam, uti eo me conſueſſe Tragœdi Syrmate hiſtrionis, crotalone ad Trieterica Orgia, mimi centunculo.*]

Mendoſiſſimus certe locus. Primum in priori membro ludorum nomen requiri facile videbit is, qui in poſteriori *Orgia* legerit. Deinde quid eſt, *mimi*

centunculus. Aut cui is in Trietericis bono. In Romano ἀντὶ τοῦ Tragœdi, legitur *Gragidii.* Certe legendum eſt *Thargeliis*, & pro mimi, legendum *hinni.* Hoc enim vult. Thargeliis, quod celebertimum Apollinis feſtum fuit, ludos ſcenicos in eius Dei honorem, itemque choros celebrabant. Choragorum, qui iis præerant, munus erat, eos omnibus ijs inſtruere, quibus ad apparatum opus erat: cum tamen iis ipſe non vteretur. Hoc ergo dicit, quod Orator dicit: Speculo me abuti obijcis, ideo quia domi habeo. Quod perinde eſt, ac ſi cum choragum ſcenicis veſtibus inſtructum vides, eum Thargeliis in ſcena hiſtrionem agere, aut in choris Crotalo, aut in Orgiis Nebride vti dicas. Neque enim neceſſe eſt, vt ſi quid poſſideo, eo vtar. Poteſt Socrates poſſidere Sicyonia, quibus tamen non induetur. Eleganter autem hinni centunculum τὴν νεβρίδα vocat, qua induti Bacchantes Orgia celebrabant. De quo quia pleni ſunt Græcorum commentarij, non eſt, quod hic pluribus mihi agendum ſit. Totus igitur locus ſic concipiendus eſt:

Quid enim, ſi choragium thymelicum poſſiderem, num ex eo argumentarere etiam vti me conſueſſe Thargeliis ſyrmate hiſtrionis, crotaloue? Ad Trieterica Orgia hinni centunculo?

Pag. 339. v. 22. *Si Philoſophia honorem, qui mihi ſalute mea antiquior eſt, nuſquam minui; imo contra vbique ſi cum ſeptem pœnis eum tenui, &c.*].

Non eſt in toto hoc auctore vexatior temeritate Criticorum locus; quorum coniecturas hic non apponam, quas ex eorum libris facile cuiuis haurire eſt. Sed omnes, quod venia eorum dictum ſit, fruſtra ſunt. Nimirum Apuleius ſcripſit, *ſi cum ſeptem pinnis*

pinnis eum tenui. Cuius emendationis noſtræ paucis rationem reddam. Mirmillones, quoties in arenam prodibant, galeis pinnis pauonũ, vt auctor eſt vetuſtus Iuuenalis Scholiaſtes, ornatas habebãt. Retiarius mirmillone victo atq; cæſo eas pinnas ei eripiebat, eaſque vt ab hoſte ſpolium eleuatas populo oſtendebat, vt id ſpolium cæſi ac proſtrati hoſtis ſignum eſſet, quo populo ſe viciſſe teſtaretur. Vnde Iuuenalis retiarium vocat *Pinnirapum*, quia cæſo, vt diximus, mirmillone velut ſpolium pinnas ei rapiebat. Auctor idem Scholiaſtes. Hoc ergo dicit Apuleius, ſe Philoſophiæ honorem non tantum non imminutum iuiſſe, verum ita defendiſſe, vt aduerſarium eius, accuſatorem ſuum velut retiarius mirmillonem cum omnibus pinnis captum teneat, quas ſeptem dicit, Lucillium ſecutus, cuius hic verſus apud Donatum ac vetuſtum Iuuenalis Scholiaſten exſtat:

Cum ſeptem incolumis pinnis redit, ac recipit ſe.

Æmilianus, qui contra Philoſophiam, vt mirmillo pugnabat, ab Apuleio, vt retiario ita preſſus fuit, vt non incolumis cum ſeptem pinnis, vt Lucillianus ille, ſe recipere potuerit; ſed contra cum ſeptem pinnis in hoſtis poteſtatem venerit, philoſophia, quam oppugnarat, omnino ſalua. Atque hæc ſunt, quæ nunc occurrebant, quæ ſi tibi probari ſentiam vir Clariſſime, erit, quo mihi gratuler. Vale. Dabantur Pragæ, pridie Cal. Aug. cIɔ Iɔ c xx.

Clariſſimo Viro

GEVERHARTO ELMENhorſtio Erycius Puteanus

S. D.

SPECIMEN Apuleianæ editionis accepi, ô pulchrum & induſtria tua dignũ! cepit me ille characterum nitor, illa formæ maieſtas, illud papyri decus: quibus omnibus exornari tandem facundiſſimæ ſapientiæ ſcriptor debuit, vt vilitatem effugeret. Eo ventum eſt, vt etiam veſte cenſeamur, & à typographo pretium ingenii pendeat. Sed profecto tuum hic oſtendis, qui alienum ornas: vincis quicquid typographi præſtant, & tanquam viuere imo loqui APVLEIVS incipiat, vitam & linguam donas. Video Philoſophum non pallio ridiculũ, ſed toga decorum! video quem amare literarum omnes myſtæ poſſint. Iſti quidem præ gemmis omnibus typi ſunt, & facis AVREVM quem fruſtra appellamus. Error quidem aut admiratio eiuſmodi olim titulum dedit, & quia pulcherrimum exiſtimauit Lucij Aſinum à pulcherrimo metallo

metallo nominauit. Sic quidem & Pythagoræ carmina, & alia multa quæ commendari poterant τὰ χρυσᾶ dicta. Si meo Suffragio res geratur. Simpliciter DE ASINO vel METAMORPHOSEON inſcribam. Vide, niſi graue; Epiſtolam meam ad LIPSIVM centuria I. Trigeſimam octauam. Sed tu fortaſſis iam Notas meas quam Epiſtolas malis. Me miſerum! qui quod ipſe malo iam præſtare nequeo. Illas notas, illas vt ſic iam appellem Aureas Notas, illas Bembini codicis Lectiones, ante triennium quidam à me Amicus meus accepit! an Amicus? accepit vt perderet, dederam ego vt in lucem mox venirent. Quia igitur à Clariſſimo BRANTIO nuper tuo nomine interpellatus ſum, tabellarium cum literis ad Amicum illum non Amicum miſi, librumque repetii: Sed quid? fruſtra omnia! non rem ſed verba dedit: blandus tamen non negat ſed procraſtinat. Deprehendo; mi ELMENHORSTI meum non eſſe, quod tam facile manumiſi. Et tamen adhuc vrgere pergam traditurus vel BRANTIO vel SCHOTTO ſi quid accepero. Delibaueram in Epiſtolarum mearum centuria I. & II. Emendationes quaſdam Apuleianas quas vt expendas rogo, &

vt opus tuum promoueas, illud vt dixi pulchrum & induſtria tua dignum oſtendes poſt BEROALDVM, STEWECHIVM, COLVIVM WOVWERENVM quid ſit bene de præſtantiſſimo Scriptore, bene de literarum ſtudiis mereri. Vale & à me quoque plauſum expecta. Louanij in Arce poſtrid. Kal. Sextil. M. DC. XIX.

ERYCII PVTEANI

SPICILEGIVM *in* APVLEIVM

Ex duobus manuſcriptis,

vno Bembi, cuius hac nota B.

altero Mangani, cuius ſignum tale M.

METAMORPHOSEON

LIBER I.

Titulus in *B.* variatur. in fine I. IV. V. VI. X. XI. *Metamorphoſeos*: in cæteris locis, *De aſino aureo* vnico titulo.

Paginarum numerum ad Elmenhorſtij editionem refero. Numerus prior paginam, poſterior verſum ſeu lineam denotat.

Pag.102.v.20, *Figuras fortunaſq;*] B. *& figuras formaſque.*

P.103.v.16. *In verba iſta hæc*] Ill. Pinellus *in verba iſta hui tam abſurda*: niſi placeat, *in verba iſthæc.*

v.17. *Sititor*] B. *ſciſcitor* M. *ſciſcitor, al.m.in m. ſititor.*

verſ.18. *Impertite ſermone non quidem curioſum*]

M.*ſermonem.* hinc Beroaldus legit.*i.ſermonem. non q.curioſum,&c.*

P.104.v.1.*inuerſi teli*] M.*immiſſi teli.*

v.3.*eneruam*] B *eneruem.*

v.8.*quod ingreſſu primum fuerit ſtabulum.*] *B.quod ingreſſi primum fuerimus ſtabulum.*

v.9.*Hic tibi merces*] *B.hac t.m.*

v.11. *Sed tibi prius deierabo*] *B.Sed tibi pius deteſta-* *(bor.*

v.34.*vxor præſolutis feralibus officiis*]M.*funeralib.*

v.36.*Diffletis*] M.*defletis.* *Sic* poſtea *vbi defletum pro tempore comitem miſellum,*&c.

P.105.v.12.*procliuis eſt*]B.*p.erat.*

v.25.*ſpoliationis diurna dum miſerè r.*]M.*ſpoliationis diuturna dum miſer reſ.*

P.107.v.3.*Nec minus ſæua*] M.*ſceua,*vbique.

v.23.*In inuerſum*]*B.vniuerſum.*

P.108.v.19.*His editis*]*B.h.edictis.*

v.35.*Hac itemtidem mecum replicabã*]B.*replicans.*

P.110.v.23. *Et cor ipſum mihi auelli*] *B.euelli.*

v.25.*Nam & breuitas ipſa com.*]B.*N. & crebritas ipſa commeantium.*

P.112.v.15.*Meliora inquam ominare: & poſt reſponde. Dic oro.*] B. *Mel. inquit nominare*, & *potius reſponde an in t.*deeſt *dic oro.*

v.30.*nulla eſt fibula*]*B.eſibilia.*Hariolare.

v.34.*Litteris pronuntiat*] *B.litteris quarum tu lator fuiſti.pronunciat.*

P.113.v.16. *Egredientem continuatur*]M. *egred.comitatur. B.continuat.*

v.28. *Vix inquam piſcatori extorſimus accipere viginti denarios*] M.V.*i.p.extorſimus. accipe: viginti denariûm.*

v.34.*Iam iam*] M.*iam iam.* B.*iam inquit n.*

v.37.

v.37. *caritate deducis*] M.c. *deducitis*. Sic & Vulcanius.

v.38. *meo magiſterio*] B. *noſtro magiſterio.* Sic Col.

v.40. *piſces inſcendere*] M. *p. incedere.*

P.114. v.3. *prorſus obſtupidus*] M. *p. obſtupens.*

v.10. *defectum iam*] B. *refectum.*

LIB. II.

P.116. v.13. *Egregius ille ſignifex.*] Hinc firmatur locus in lib. de Deo Socratis: *Sed non pudet me non eſſe ſignificem.*

P.117. v.3. *Hac tibi trepido & cauenda.*] M. *H. tibi trepidanda*, &c.

v.18. *Verum enimvero*] B. *Verum enim puto.*

v.35. *crebra ſuccutiens*] B. M. *crebre ſuccutiens.*

P.120. v.39. *tam duram*] B M *tam diram.*

P.121. v.1. *vtroq; regimine amiſſo*] M. *vtroq; remigeam.*

P.122. v.2. *Quod nobis ſine feriali officio.*] Leg. videtur *feciali.*

v.6. *In effuſum laxa*] coniunge, *ineffuſum.*

v.31 *breuem commeatum indulſit*] B. *indixit*

v.34. *præſidis auxilia*] B. *præſidiis a.*

P.123. v.32. *Indigna murmurabundus*] B. *indignans* M. *indigne*, B. *mirabundus* cum Coluio.

P.124. v.8. *conſpicor procerum quendam ſenem. inſiſtebat lapidem, claraq; voce prædicabat*] M. *inſiſtentem lapidi, claraq; voce prædicantem.*

v.34. *Mille inquit nummi*] M. *numum.*

P.125. v.19. *Luci ſufficiens*] deſunt in B.

v.23. *An iſtic comiſſatum*] B. *an iſtic comenſatum te veniſſe in ædibus c.* M. *an iſtuc comenſatum t. u. c.*

v.27.*Deſolatus ad cadaueris ſolatium*]B.*hic deſolat.*
P.126.v.11.*inter ceteros familiares*]B.*noſtros.f.*
P.127.v.1.*In diuinam prouidentiam*]B.*in d.inquã prou.*
v.3.*Reducere ab inferis ſpiritum*] B. M.*red.pauliſper ab inferis ſpiritum.*
v.10.*Et adepta coptica*]B.*adepa & conceptica.*
P.128.v.7.*Sed tantum ſopore mortuus*] B.*ſed tamen ſop.m.*
v.14.*Examuſſim*] B.*& avulſo.*
v.41.*Vaſtulis corporibus*]B.*naſtulis.*forte *maſculis.*

LIB. III.

P.129.v.21.*Inequitabat*]M.*inquietabat.*
v.23.*vel veſpertini*]*vel* abeſt *in* B.M.
v.27.*Tam amicus*]B.M.*tam mitis.*
Pag.130. *verum crimen non diff.*]B.M. *ver.crimen meum non diff.*
P.131.*Validiſſime viribus*] B.*me validis viribus.*
P.132.*Riſu cachinnabili diffluebat*]B.*defluentem.*& ita Colvius quoque hunc locum concinnat.
P.133.*diræ factionis*]B.*d.facinoris.*
P.135.*non poteſt adducere*]B.M.*adicere.*
P.137.*ex animo tibi volens*] M.*voles.remittam* B.*remitti.*
P.138.v.20.*ad tanta rei ſpeculam*]B.*a.t.rei ſpectaculum* M.*ſpecula.*
v.23.*Iubet ſpectare*]B.M.*iubet arbitrari.* Colui.
v.34.*magnis ſuis artibus*]B.*magicis ſuis artibus.*
v.38.*defrictus*]M.*fricatis.*B.*deſtrictis.*
v.40.*adſenſum præſentium*]B.*adſenſ.priſtinum.*
Pag.140. *cum aſino capita conferunt*]B. *& aſinus furt.c. cap.c.*
P.142.v.14. *vel indicii futuri criminatim*]B.*v.*1.
v.16.*in aſini faciem fœna rodebamus.*]B.M.*in aſini*

ſpecie

ſpecie frena rodebamus. Adiuuat lectionem eadem pagina *Apuleius.*

LIB. IV.

v.36.*conterminis in locis*] B.M. *con. in hortulis.*

P.144.v.30.*Tam bellum conſilium*] B.*t.velox conſ.*

v.26.*tamdiu mortuo*] B.*tam imo mortuo.*

P.145.v.41.*inter foros ſociorum*] M.*thoros.*

Nunc ſorte ducti] *Tunc ſorte ducti.*

Pag.149.v.6. *Medium è re nata*] ſicuti *Beroaldus* habent.MS. B.M.*remedium è re nata.*

P.150.v.24.*Poſt hic vale*] M.*poſt hæc.*

P.153.v.21.*Seque adſecta ſueta conferre*] B.*ſeque ad ſecla ſueta conferunt* M.*ſeq.a.ſ.conſueta conferunt.*

v.32.*faucium tendore*] B.M.*f.tundore.*

P.154.v.6. *Iam facto lacrymis iſtis*] B.M.*Iam faxo lacrymis iſtis, quas parui pendere latrones conſueuere, inſuperhabitis viua exurare.*

v.12. *Scenam meæ calamitatis*] B.*ſ.m.captiuitatis, calamitatiſque.*

v.31.*Trepido de medio*] B.*trepedum d.m.*

P.158.v.13.*Hic erunt*] B.*hæc erunt.*

v.27.*Choragio itaque perfecto, deiectiſque capitibus domuitionem parant*] Locus à Fulgentio citatus, in Bembino MSto ita legitur.

v.34.*per deuexa excelſæ vallis ſubditæ*] B.*per d.rupis excelſæ vallis ſubditæ florentis,* &c.

LIB. V.

P.159.*Hic ei ſumma*] M.*hac ei.*

P.160.*Hic diutina*] B.M.*hac diutino.*

P.161.*Tamen memineris*] B.M.*tantum memineris.*

P.162.v.26. *Egregiæ ſorores*] videtur. *Regiæ ſor.* legendum.

v.29.*Hiccine tibi*] B.*haccine* M.*Hoccine.*

P.163.v.19.*Nobis in vita*] B.M.*Nobis invita.*

v.32. *Deniq, cogitationibus*] B.M. *diuq, cogitationibus.*

P.164.v.9.*teneritudini*] *B.teneritudine.*

v.16.*menſes exeuntes*] *B.exiſtentes.*

v.18.*incrementulum*]B.M *incrementum.*

v.19 *teterrimaque furiæ*] *B.*M.*deterrimaque f.*

Sic ſecum altercantes] *B.*M.*altercantur.*

P.169.*cum te* ſcilicet]*B.cutem.*

P.170.v.10.*numine ſalutari*]B.M.*nomine ſalut*[illegible]

irata ſolidum] *B.ſolutum in exil.*

P.171.v.35.*queritans*] *quiritans* B.M.

propiter] B.M.*properiter.*

v.40.*meam cruciares*]M.*m.pollueres.*

P.172.v.38. *Et non dicendi filii mei factum*] B.M. *Et non dicenda filÿ mei facta.*

P.173.v.1. *Quod autem oramus, iſti crimen.*] *B.* M. *Quod autem damus iſti crimen?*

v.8. *quis autem Deum*] *B.*M.*quis autem te Deum,*

v.32. *Et operæ meſſoriæ modus omnis*] M.*mundus omnis.*

LIB. VI.

P.174.*tepentem amplexa*] B.M.*repente amplexa.*

P.175.v.13. *Quo rurſum itaque*]B.*quo miſerum itaque,*

v.22.*inquiſitionibus*] *B.*M.*inquiſitionis.*

P.176.*furenter irati*] M.*frequenter irati.*

P.177.*glomulum*]B.M.*grumulum.*

P.178.v.27.*Iam ego & ipſa*]B.M.*iam ergo & ipſam.*

cotibus cauatis]B.M.*cautibus cauatis.*

P.179.*magna quadam mihi*]*B.maga q.m.*

P.181.*petitu eſto*]B.M.*petitum eſto.*

Collocata]B.M.*colata.*

P.183.*Obiter*] M.*obiter B.ociter.* (*mas.*

ruinas proximas] *B.rapinas peſſimas* M.*rupinas proxi-*

P.185.

P.185.v.18.*Virginalibus monilibus*]B.*virg.manib.*
retinebar fortiter] M.*renitebar firmiter.*

LIB. VII.

P.189.*pendula vibraſſem labia*] B.M.*pendulas vibraſſem labias.*
P.191.*vnam mulierem putantes*] B.M.*Nam.m.p.* *abitus.B,*M.*aditus.*
P.192.*epulas & alias res comparaturus.*] M.*epulas ſaliares comparaturus.*
P.193.v.4.*Inter lanceas & gladios iſtos*)B.*iſtos* deeſt.
v.6.*rurſum recurſas*]B.M.*rurſum recurres.*
v.10.*prudenti aſino*]B.M.*prudens aſinus.*
v.39.*in proximas ripas*]B.M.*in proximas rupinas.*
P.194.*quaritabat*]BM.*quiritabat.*
v.11.*promitterent honores habituri*]*p.d.habituros.*
v.21.*Sarcinis & cateris*]B.M.*Sarcinis & honerib.*
v.23.*Subibat me tamen illa etiam frequens cogitatio*] B.M.*ſubibat me cum illa etiam ſequens cogitatio.*
P.195.v.5.*admiſſuram veterem*]B.M.*ad.venerem.*
v.26.*cõturbabã vngulas*]B.M.*contribam vngulas.*
v.32.*lignorum vero tantum*]B.M.*lig.v.tanto.*
v.12.*vt inceſſu modo commota*]B.M.*vt inceſſu meo c.*
v.20.*idque iurans & nonnunquam*]B.M.*idque i. etiam n.*
v.23.*calces validos extuleram*] M.*cal. val. in eum extuleram.*B.tamen habet *etuleram.*
P.197.v.14.*auerſam venerem inuitat*]B.M.*aduerſa venerem.*
quidem viator]B.*quidam viator.*
cognito capiſtro]B.M.*cognitum capiſtro* Quod Coluius adnotauit.
P.200.v.11.*vocis vſuram ſumens*]B.M.*v.u.ſumeres.*

LIB. VIII.

P.201.*Viris antiſtaret.*]B.*iure antiſtaret.*

Pag.202.v.1.*In profundam romam cupidinis*] inſignes coniecturas apud Coluium vide. Lectio manuſcripti B. *in p. ruinam cupidinis.*

v.21.*obſeptis campis*] B. *capis* M.*capreis.*

v.32.*qui cominus*] M.*qua cominus*, vel poſtea cum M.leg.*confectos.*

P.204.v.8.*vaſtis corporibus farcinoſos*] B.*v.c.facinoroſos.*

v.16.*cautione ſumma via*] B.*cautione ſumma via.*

v.19.*repigratur*] conformatur coniectura Lipſii *repigrato* f.

P.211.v.8. *Nec vllum vſquam miſerrimum ſenem comparere illum*] M. *Nec illum vſq. m.ſ. comparere in* B. *Nec vſquam miſerrimum ſenem comparere illum.*

v.10.*qui eum prorſus hunc illum, nec alium locorum inquilinum praminabantur*] hæc in B. & M. abſunt.

P.212.v.26.*mire repertum*] B. *intre rep.* Coluius hariolatur.

Clamores obſonos] M.*clamores obſcenos.*

P.216.v.1.*ſecuri ſana*] B.M.*ſecuri ſua.*

v.2.*ſed & ceteri*] M.B.*ſed ceteri.*

v.3.*ſimulacri iacentis*] B. M. *tacentis* vti Coluius notat ex vulgatis.

v.5.*Sarcinis plenis gladiis*] M.*Sarcinis planiſque.*

P.217.v.14. *Ad tutelam ſalubrem*] B.M.*ad tutelam ſalutis.*

v.37.*Mitillum*] B.M.*Mirtillum*. Sic pro *Hypatavium* B.M. *Hiſpaſium*. Vide Coluium cuius coniectura confirmatur vtroque textu manuſcripti.

P.223.v.31. *Subiungi machina nouitium clamabat aſinum*] M. *dictabat*. B. *Sub iugum machina nouitium ductabat a.*

v.32 *inſiſtens iubebat*] B.*inſtitores iubebat.*

v.35.

v.35.*Præſepio iubebar*]B.M.me iubebat.

P.224.v.35.*Secretum commonet*]B.M.*ſecreto commonet.*

P.225.*domina cuſtodiam*]B.M.*cuſtodelam.*

quorum viginti quidem] B.*q.*xxv.M.*q.viginti quinque.*

v.28.*Sublatis his*]B.M.*ſublatis eis.*

P.226.*Iuſſo tantum Myrmece per conſeruos vincto*] B.*Iuſſit Myrmecem per conſeruos vinctum.*

P.227.v.22.*Apud naccam proximum cœnitabat*] B.*apud vicinum proximum cœnitabat.* Recte t. Coluius, *Naccam retinet & explicat* ex Feſto *Fullonem.* Sic paullo poſt lego: *contubernalis mei fulonis vxor.*

Atque vltra limen tabernæ] in B.deeſt *Atque.*

P.229.v.23.*Ad locum proximum*]B.M.*ad lacum proximum.*

Sed magno vt aiebat] in.M.deeſt *Sed.*

P.232.v.10.*Frondoſo caſulæ contentus vmbraculo*] B.*I.c.contectus u.*

v.23.*oliui aliquid*]B.*olei aliquid.*

v.31.*clamore genuino*] B.M.*clangore genuino.* Interp.in margine *genuino.*

P.233.v.30.*finiumque mani*]B.*finiumque in eum.*

exiccare cadauera]B.*exſiccare.*

P.235.v.15.*rapto gladio*]B.*arrepto g.*

v.28.*cæruleus corruens*]B.*ceruulus* M.*cernulus.*

P.241.v.4.*filiorum morte percuſſus*]B.*f.m.perculſus.*

præconis vocatu] B.*præconis boatu.*

P.245.v.12.*quotidiani damni*]B.M.*q.dapni.*

Incontanter ei denique] M.*Incontanter eidemque.*

P.249.v.40.*inſita matri pietate*]B.*inſita matribus pietate.*

P.254 v.12.*corpus candidum quod cœlo demeat; cærulum quod mari remeat*] B. M. *corp.c.q.c.d.amictus cærulus qui.*eodem modo quo Coluius vulg.citat.

P.259.v.4.*Maris ſalubria flamina*] M.*maris ſalubria flumina*

debebis opperiri] B.*d.operam* M.*d.operari.*

in eodem fano] B.M.*in eodem ſolo.*

FINIS.

SPICILEGIVM

IN

Apologiam

APVLEII,

poſt editionem Caſauboni,

Ex MS. membranaceo BEMBI.

Pag.273.v.28.*Accuſationem mei prius*]B.*a.noſtri p.*

v.29.*apud ſe cogitatam*] B.*ap.ſ.cognitam.*

v.34.*& probandi mei*] *B.& p.noſtri.*

v.38.*Grauios*] B.*Grauios.*

v.39.*patroni eius*] B.*patroni inceſſere.*

P.274.v.15.*quod cum tu*] B.*quod tu cum.*

P.275.v.6.*In philoſophos ficta*]B.*in philoſophos ſueta.*

v.8.*ab his futiliter*]B.*ab his vtiliter.*

v.9.*deprehenſa haberi*] B.*depenſa haberi.*

v.10.*rabulis id genus*] B.*fabulis id genus.*

P.277.v.27.*ſermo præit:qui,vt ait*] *B.ſ.p.qui ſermo vt ait.*

P.278.

P.278.v.35. *Fuiſſe ſerium virum*] B. *f. ſeuerum verum:* forte *ſeuerum virum.*

P.279.v.2. *Pars in amore meo*] vt refert Coluius ex Baſi 1.

v.18. *ſauia purpurei*]B.labia purpurei.

P.281.v.16. *Quippe eius amore*] B. *Quippe eius amorem.*

v.17. *incomptum*] B. *incorruptum.*

P.285.v.8. *At enim Manio*] B. *A. i. Manilio*, & ſuo vbique.

P.286.v.33. *Quod ea non ſimulata ſed vere fungimur*] B. *qui eam non ſimulate ſ.v.f.*

P.287.v.15. *Neceſſe*] B. neceſſe eſt.

v.19. *aut tutor imminuit*]habet B. Caſaub. *minuit.*

P.290. *ſcelera immunia*] B. *ſcelera immania.*

P.292.v.5. *ſingula conſideremus*] B. *ſingula largiter conſiderem.*

v.37. *mihi piſcem, vt*] B. *mihi piſcem euerteret, vt.*

multum ac diu hæſitato] B. *m.a.d. hæſitans.*

P.296.v.35. *Reſpondeo igitur ad hunc veſtrum locum*] B. *reſpondeo igitur ad hunc veſtrum iocum.*

P.299.v.34. *remedia vulnerum norant*] B. *r.v. nominant.*

Sic paullo poſt; *& leporenumarinum nominatis.*

P.302.v.6. *Quis ille fuerit puer*] B. *q.i.f. pueri* forte *quid illud fuerit pueri.*

v.18. *In Thallo deſpiciant*] B. *in Thallo deſpuant.*

pulcro pallio amiciat]B. *puro p.a.*

P.306. *reſponſum ſperet*] B. *reſponſ. ſpectet.*

& regiam inſedit] B. *egregiam inſedit*; ſed nihil mutandum vt apparet: confirmatur vero illa lectio Manuſcripti in hiſtoria Pſyches.

Repentino mentis nubilo.]Idem modus loquendi.10. Metamorph.p.190.ex edit.Col.

P.311.v.9.*profanos annuntiare*]*B.p.enuntiare.*

An Alexandriam tædio] *B.an Alexandriam teſtim tædio f.feſtim.*

P.317.v.23. *inuidioſiſſima criminatio*]*B.iniurioſiſſima c.*

P.322.v.4.*qui iſtum deperduint multi ſunt.*]B.*qui iſtum deperdunt. multus honos.* forte : *Qui iſtum diperduint. Multus honos.* Tolerari tamen poteſt lectio Caſauboni.

P.325.v.41. *Pontianum per forum ductans*]B.*Potianum flentem per forum ductans.*

P.329.v.37. *In ipſo materno ſinu ac in ſegete*] *B.in ipſo materno, ſi nubat in ſegete.*

P.333.v.40.*Namque optimi viri literas ter & quater adeo quantouis temporis diſpendio lectitarem*]. *B. Iamque optimi viri literas ter & quater habeo quantouis tempore ſine diſpendio lectitare.*

P.338.*me adiuuante donata*]B.*me adnitente donata.*

At terras]*B.ad terram.*

P.339.v.12. *Cæterum ad hæc quæ obieciſtis innumera, binis verbis reſpondeam*] *B.Cæterum ad hæc quæ obieciſtis numera, an binis verbis reſpondeam.* In Epiſtolis meis.

v.24.*Si cum ſeptem pennis*] *B.*nihil mutat.In Epiſtolis meis.

AD COLVI
in
FLORIDORVM LIBROS
Notas

Addendum nihil inuenimus præter binas has coniecturas:

P.230.Editio. Coluij, *ac modico mento laculatur*] Manuſcriptus Mangani: *ac medio mento ioculatur.* Quid ſi, *lacunatur?*

P.239. *Animalium immeditatos ſonores*] prætulerim *immediatos.* parique lima Sidonium in epiſtola de Theoderico rege adraſerim.

IN PHILOSOPHICIS LIBRIS

omnes Mangani notas Vulcanius expreſſit. Has tamen addo.

P.60.Edit.Vulcanij *vela noſtra ſinuare & mittere*] Coluius *vela noſtra ſinuare & iam immittere. L.*1. & auram *immittere.*

IN LIBRO
DE DEO SOCRATIS

P.61. *Ex optimis horis*] Coluius *ad extremas horas* MS. *ad exiſtimas horas.* Ill. PINELLVS, *ad extimas horas.*

FINIS.

IOANNIS BRANTII
S.P.Q. ANTWERPIENSI
ab Actis

AD APVLEIVM
SPICILEGIVM.

Clariſſimo

Clariſſimo viro

GEVERHARTO ELMENhorſtio *ſalutem amiciſſimam.*

Vir Cl^me.

O Gratas mihi expectataſque literas, ex quibus tuum erga me affectum liquidius cognoui. Nam qui vel ad veſtibulum amicitię tuæ admitti pro magno ducebam, in ipſum penetrale me receptum video, quo nomine tibi & gratias habeo, & ætatem debebo. Noſtras in Apuleium Notas ſiue coniecturas, iam acceperis, niſi fallit (quod ab eius virtute alienum eſt) Holſteinius noſter, qui per certum hominem ad te tranſmiſiſſe ſcribit. Nunc poſtulo & flagito, vt expleas, quod & pollicitus, hoc eſt, ſenſum ſuper ijs tuum candide aperias: ſi enim eſt vt lucem videant, volo tecum, ſin aliter tenebris perpetuis me lubente damnentur. Non ita mihi manus pruriunt, nec tenet ſcribendi cacoethes, vt de exiſtimatione mea in dubium miſer venire velim. Ea mens mihi ſola, vt pro tenuiculo viricularum mearum modulo, ſi qua poſſim, rei literariæ proſim, ſaltem collata ſimbola co-

nari videar. Vale vir Clariſs. & amorem erga nos tuum ſi meremur perſeuera, & rempublicam literariam conatibus tuis adiuvare perge. Antwerpiæ a.d. XXII. Nouembris, ANNO ∞ IↃ. C. XVII.

Tuus toto pectore

IOHANNES BRANTIVS.

AD L. APVLEII DE DOGMATE PLATONIS LIBRVM.

Pag.3.v.13. *Diuerſis opinionibus differentes*] *differentes*] lego.

Nulla ſpecie] pro *ſpeciei*. Vide Agel.lib.IX.capite XIV.

P.6.v.21. *Multiplicatis argumentis*] *augumentis* lego, vel *augmentis*.

v.29. *Ac facilem contuenti*] *conuerti* Diuinat Col. non male.

P.7.v.7. *Nec prius quam ſigna hac in lucem ardere cœperunt*] Arnob.lib.1.aduer.gen. *Numquid ipſe Sol ſiderum princeps, cuius omnia luce veſtiuntur, atque animantur calore, exalſit?*

P.9.v.1. *At vbi repugnationes iſta nociua erunt*] f. *nocuerunt*.

v.39. *Nam ſi reſtent integra*] forte, *reſtent*.

P.10.v.39. *Atenim illa optima ſunt partes*] Rectius in aliis *opimæ ſunt partes*, pro *opima*. quod defendit Caſaubonus.

P.11.v.6. *Diuiſa per membra in totum hominem iuvant*

vant ſpiritum] ſ. *diuiſa per membra, in totum hominem iuuant ſpiritu.*

v.11. *Et ſuſcipi inguinum loco*] fortaſſe, *lacu.* vide notata ad Apol.

v.12. *Ac cum totius corporis dicat eſſe ſubſtantias*] Legerim, *dicat tres eſſe ſubſtantias.*

AD L. APVLEII DE PHILOSOPHIA LIBRVM.

P.14.v.21. *Sed etiam concinnitatem præſegerat*] ſ. *inconcinnitatem.*

P.15.v.6. *vt ex ſe apta ſit*] id eſt, connexa. Iunxit Cicero Partition. Orator. *Tanta ſeries artis eſt, ſic inter ſe ſunt pleraque connexa & apta.*

Idem Parad. 2. *Is eſt beatiſſimus, qui eſt totus aptus ex ſeſe, qui in ſe vno ſua ponit omnia.*

v.16. *Imperfectas virtutes ſemet comitari*] *ſibimet* lego.

v.38. *Ad fungendum munus obediat*] ſ. *obaudiat.*

P.17.v.15. *Et iterum colorem ad deſidiam ſanguinis mutat*] ſ. *integrum*, aut *verum.*

P.22.v.12. *Quod diſtrahatur ſemper additione vitiorum*] *addictione* Colu. *additione*, malim.

floreſque ſuccedunt] Num *fluoreſque*, vel *liuoreſque?* Colu. ſed nec illi, nec mihi ſatisfacit.

vel deducant eas ad peſſimas partes] ſ. *artes.*

AD L. APVLEII DE DEO SOCRATIS LIBRVM.

Bono periculo periculum faciam] Lucilius, *cuius ſi in periculo feceris periculum.*
Vide Agel. Noct. lib. XII. cap. IX.

Paſſis alis virumque prælabitur] *vtrimque* Colu. ego *vtcumque.* vt non ſemel in Aſino.

P.42.v.12. *Nec hac poſtea video*] f. *nec poſt hac.*

v.32. *Nec non tamen intellectu eos mirabundi contemplamur*] lego, *rimabundi.*

v.41. *Ceterũ profana Philoſophia turba*] f. *profana.*

P.43.v.1. *Priua vera rationis*] pro, *priuata.*

v.32. *Et prope exeſa manſuetudine generis ſui*] f. *excuſſu*, vel *exuta*. Margarita poëtica, *exoſa.*

v.36. *Ratione cluentes*] Magis placet editio Baſil. *ratione plaudentes.*

Nullone contextu hac natura ſeiunxit] legerim, *in ſe iunxit.*

Pag.45.v.8. *Nam & iuſiurandum dicitur*] Puto deeſſe verbum, *Iouis.* Nam & apud Cic. 3. de offic. ita legitur: Ennius. *O fides alma apta pinnis, & iuſiurandum Iouis.* Lipſius legit, *Iouis iurandum.*

Curant ſinguli eorum prouide] lego, *ſingulis.*

Pag.46.v.25. *Quippe quũm auis nulla earum vltra campi verticem ſublimatur*] f. *parum vltra.*

P.47. v.6. *Sed quodammodo vtrimque ſeiugata*] Lego, *vtrimq; ſecus iugata.*

v.10. *Ne adſuperna incedant*] Colu. *ne adſuperna inſcendant.* f. *incitent*, &. *pracipitent.*

v.37. *Sicuti nubium tenus eſt*] Colu. Lipſio placere ait *nubium genus.* At vulgata mihi ſcriptura non diſplicet.

P.49.v.1. *Pati poſſunt omnia animorum placamenta*] Arnob. vii. aduer. gentes: *Ita dij immortales placamenta iſta ſumunt, quib. iras atq; animos ponant.* Corn. Tacit xv. Annal. *Sed nõ ope humana, non largitionibus principis, aut Deum placamentis decedebat infamia.*

P.50.v.15. *Nullis bonis ſedibus in terra vagatione*] *incerta vagatione* Steubech. & Colnius forte, *interuagatione*, vt Baſil. 1.

verſ.25.

verſ.25. *Æſculapius vbique*] hoc propter Carthaginienſes, vt tetigimus lib 4. florid.

P.51.v.12. *Periculoſis viator*] *vitator* al. Quid ſi &, *iuvator*.

P.54.v.21. *Domos vice templorum exornatas*] *vicẽ*, lego & paullulo poſt quoque, *Tantali vicem*.

v.31. *Monilia varia ga za dependent*] rectius, quantum mea fert opinio, *variegata*.

AD L. APVLEII DE MVNDO LIBRVM.

P.59.v.21. *Et erumpunt, ſcatent flumina, fontes & maria*] f. legendum: *Et erumpunt flumina, ſcatent fontes & maria.* Vetus Poeta apud M. Tul. Tuſ. 1. *fontes ſcatere, herbis prata conueſtirier.*

P.60.v.15. *Minores vero vltra Indos* &c.] Puto legendum, *Non minores vero vltra Indos, Taprobana & Phebol.*

v.33. *Sunt qui eam finitimis locis comprehendunt*] *eas*, lego.

Qui facti & Telluris habitu conſtant] f. *Qui fartim è telluris habitu conſtant.*

P.65.v.13. *Antiſtites denique ipſos feminiuos eſſe*] *ſeminiros* Colu. Et probo Plinio. *Simili modo Hierapoli in Aſia Matris magnæ tantum ſacerdoti innoxium.*

P.67.v.13. *Lauda quam putes ſpeciem*] *putas* Margar. Poet. f. *potes.*

v.15. *Hic & per hunc illud quodcunque eſt*] Mar. Poet. *Hic per hoc aliud quodcunque eſt, inuenietur eſſe laudandus.*

v.35. *Micant ignes, inde rumpuntur*] *imbres* vet. ed. Ego lego, *vnde.*

v.39. *Nec ſeculis debilitari excuſſam*] fortean *nec feturis debilitari exhauſtam.*

P.68.v.2. *Ad omnem ſalutaria ſunt*] *omnia* Colu. Ego *ad omne*. vt ſupra *Aſino*.

P.69.v.13. *Quod ſit cura leuioris*] Totum hunc locum ſic lego: *Quod ſit cura leuioris, fuſcioris: quodque poſſint nihilo ſequius facere dominorum imperia, miniſteria ſeruulorum*, niſi illud, *leuioris*, ſit gloſſema. Aut niſi ita vt aliquid deſit, *cura leuioris, opera facilioris*, aut *opera fuſcioris*. Mox: *quem ab omni fuſcitate ac perturbatione vident liberum.*

v.37. *Sed omne Atticum regnum ab Occidente, Helleſpontus terminabat*] Mendoſum. quid ſi *Perſicum*? longe recedit à literis. quid ſi *Medicum*? longius à veritate. Quid ſi, *Aſiaticum*? proxime accedit ad veritaté. Quid ſi, *Aſicum*? Iam pura putaveritas eſt.

v.41. *Et nuncij ſpecularum incenſores aſſidui*] Colu. legit, *inſcenſores*, vel *inſpectores*, quia in Græco φρυκτωρίων τε ἐπωπῆτρες, Sed neque Apuleius ſemper Ariſtotelem ſequitur, & vero hic optime, *incenſores*, quadrat: fumo enim & flammis ſpeculatores ſigna dabant. Adi Lipſ. de militia Romana lib. v.

P.70.v.40. *Atque vno ſinu abeundi facultas*] legitur in margine Baſil. 2. *atque vbi ſimul*, id eſt, ſimul atque, Lego, *vnoſe*, & τὸ ſimul eius gloſſema eſt. Nonius Marcellus: *vnoſe id eſt ſimul.* Pacuuius Iliona: *Occidiſti, vt multa paucis verba vnoſe enunciem.*

P.71.v.20. *Ad inſtar vnius concentionis reuelat*] Io. Iſacius, *euelat*, legit Feſtus: *Euelatum, euentilatum. Vnde velabra, quibus frumentum ventilatur.* Propert. lib. III. eleg. XIII.

Vt mihi prætextæ pudor exvelatus amictu.

v.23. *Sol quidem contuens ortu ſuo diem pandit*] Baſil. II.

ſil. 11. & Ald. *Sol quidem omnituenti ſuo.* lego *omnituens ortu ſuo.* Iuuant verba Ariſtotelis quæ Coluius adhibet: ὁ παμφαὴς ἥλιος.

Pag. 75. v. 9. *Alii hoſpitalem amicalemque*] Quidam libri *amicabilem*, ſed retineo, *amicalem*, *id eſt*, φίλιος.

AD L. APVLEI METAMORPHOSEON, SIVE DE Aſino aureo

LIBER PRIMVS.

Argumentum mutuatus eſt à Luciano, quamquam ipſe alia quædam immiſcuerit. ſtylus eius in eo argumento valde decorus & bonus, & mirum in modum æqualis: quæ magna virtus in ſcriptione.

Libellus autem qui *De Herbis* inſcribitur, [illegible] recte illi adſcribitur.

Pag. 103. v. 6. *Me equo indiger per albo vehens*] Legerim, *in equo indigena per* [illegible] *vehens.* Quadrigarius Ama[illegible] apud Agel. lib. 11. *ei conſuli pater proconſul o*[illegible]*uam in equo vehens venit.* ſcilicet neutrum pro paſ-*vehens* pro eo qui ve[illegible]ur. ſiuo veteribus c[illegible]rum. M. Tul. in Bruto ſiue De claris orator[illegible]*us in adoleſcentiam per medias laudes, quaſi qua*[illegible]*is vehentem.* pro qua voce non recte ibi à Dic[illegible]no Lambino ſupponi *volantem*, iampridem viri docti obſeruarunt. Sic Suetonius Domitia[illegible] cap. x 1. *Quoad nouiſſime ſimul geſtanti*, id eſt, dum ſimul geſtaretur in eſſedo.

v.4. *Eum Theſſaliam*] Deme, *Eam Theſſaliam*, nec ſententiæ quidquam detraxeris. Sed amat *A*puleius eaſdem dictiones interrupto ſermone per hypoſtigmen elegantiæ ſtudio iterare. lib. II. florid. *Verbaque quæ volitantia Poetæ appellant, ea verba, detractis pinnis*, &c. Et alibi ſæpiuſcule. Quod & aliis ſcriptoribus per eſſe familiare, ex eorum lectione deprehendere eſt. Iuriſconſultos etiam ipſos hinc non abhorruiſſe ſingulari capite oſtendit iuris ipſe conſultiſſimus Iacobus Rænardus Variorum libro quinto.

v.20. *Iugi, quod inſurgimus, aſperitudinem*] Malo cum vet. Cod legere, *aſpritudinem*.

v.24. *Lunam deſpumari*] Et hic cum eod. Cod. *diſpumari*, lego.

v.34. *Dũ polenta caſeata*] quæ in vulgatis codicib. ſubiunguntur, *mordico ſecurius*, vel, *modico ſecurius*, (quod laudatur I. Britannico veteri Iuuenalis interpreti) quia in MS. non ſunt, inducuntur à Petro Coluio eruditiſſimis ſuis in hunc auctorem notis. Si cui tamen retinere viſum, illius pace legerit, *mordicus ſecuri in conuiuas æmulos contruncare geſtio.* Ioannes Iſacius Pontanus ſuis in Macrobium conabatur, *Dum polenta caſeata immodico ſecurius, offulamque grandiorem.* Sed quid ſi, *modico prius*; vt mox, *modico prius, quam Lariſſam accederem*, aut, *modico ſequius*, vt alibi hoc ipſo libro quoque legendum monemus.

Pag. 104. verſ. 22. *Id omne præſtinatur*] Quod in membranis legitur, *ad omne*, vt adprobem facit Cyprianus, qui, *ad* particulam *A*fris in vſu eſſe teſtatur. Noſter mox, *& ob id ad aquas ſalem*.

Petronius

Petronius Arb. Satyr. *Qui ſolebat aliquando & ad cauſas agere.*

v.33. *Atvero domi tua iam defletus*] MS. *domui tua*, rectius multo & concinnius.

P.105.v.1. *Ita vt ab vmbilico pubetenus cætera enudaret*] magis amplector ſcripturam, quę habet, *renudaret*. Nam & lib.2. *laciniis cunctis ſuis renudata*.

Dextra ſæuiente frontem replaudens] Vulgo *dextra ſeruiente*. Vnde vnica extrita litterula & paullulum immutata altera, *feriente*, legit R.P. And. Schottus obſeruat. Human. lib. 1. cap. v. frontem enim in dolore & indignatione percuti ſolere.

P.106.v.6. *Nam vt ſe ament efflictim non modo incolæ*] Sic locutus M. Tul. orat. de Aruſp. reſponſis, *Quam volumus licet ipſi nos amemus.* Et 1. de offic. in princ. *Quod cuiuſq; temporis officium ſit, poterimus, niſi noſmet ipſos valde amabimus, facile iudicare.*

Ab inſequentibus repræciſione genitalium liberatur] Idem M. Tul. orat. pro M. Scauro, cuius nunc tantum exſtant fragmenta: *Redimunt ſe ea parte corporis, propter quam maxime expetuntur.* Iuvenalis Sat. xii. de hoc *ipſo Caſtore qui ſe Eunuchum ipſe facit, cupiens euadere damno Teſticulorum.*

v.22. *Et vt cuncti numerant, octo annorum*] MS. pro, *numerant, ſciunt numerantia.* Quod Colvius ingenue fatetur neſcire quid ſibi velit. Ego inde facio: *Et vt cuncti ciuium numerant, iam octo annorum.*

Ante portam proiecta domo diſceſſit] Mihi magis arridet, *diſcedit.*

Ac diurna fatigatione] *diuturna*, aliàs, nō male.

Paullulum conniueo] Malim, *coniueo.*

Lucernam lucidā gerebat vna] econtra Petron. Arb. *facem fumoſam magis, quam lucidam quaſſans.*

P.108.v.19. *Varicus ſuper faciem meam reſidentes*] MS. *varicitis*. Lego, *varicitus*. Ex Aduerbiis in *us*, quæ paſſim occurrunt, *publicitus, primitus, mordicus, imitus*. *diuaricari* legas apud M. Tull. Verr. vi. *hominem diuaricari ac religari iubet* apertis cruribus diſtendi.

v.27. *Verum etiam ipſe mihi ſuperuiuens*] D. Cyprianus ſermone de lapſis: *Animam tuam miſera perdidiſti, ſpiritualiter mortua ſuperuiuere hic tibi, & ipſa ambulans funus tuum portare cœpiſti, & non acriter plangis, non iugiter ingemiſcis?* Aliter Sidonius Apollinaris lib. ix. Epiſt. ix. *Quique viuentibus non defuturus poſt ſepulturam, fiet per ipſa, quæ ſcripſit, ſibi ſuperſtes.*

Et poſtumus] Fortunatus ad Gregor. Turon. *quaſi ſibi poſtumi viuere creduntur.*

v.30. *Si reſiſtere vir tan us m ılieri nequibas*] Repono, *vir natus*. quaſi dicat, robore vir es, & ſexus fortem magis te fecit, quam vt non poſſes mulieri reſiſtere. facit huc Petronii locus: *Sed ne quid triſtius exſpectarem, comitatus faciebat. Tres enim erant mulierculæ, ſi quid vellent conari, infirmiſſimæ, ſcilicet contra nos, quibus ſi nil aliud* (aut, vt alii legunt, *ſcilicet contra quas ſi nihil aliud*) *virile ſexus eſſet, quod auxiliaretur.* Ariſtoteles lib. 9. de Animal. *feminæ, quam mares, minus ſunt animoſæ.* Vnde Nauſiſtrata Chremetis apud Terentium Phormione, minabunda, *virum me natam vellem, ego oſtenderem.*

P.110.v.17. *Medici fidi*] Parum bonæ fidei hic locus, quem emendare multi ſunt conati. Iuſtus Lipſius eximium illud Belgarum ornamentum volebat, *medicifici*, vel *medicifices*. Ioannes Iſacius, *Medi-*

cini,

cini, aut potius, ***medici filij:*** omnium optime Gaſper Scioppius,***medicum fily***,vt Græci ἰατροῦ παῖδες.

Cibo & crapula diſtentos ſæua & grauia ſomniare autumant] Econtra *viget animus in ſomniis, liberq; ſenſibus ab omni impeditione curarum, omnia,quæ in rerum natura ſunt,videt,ſi modo temperatis eſcis modiciſque potionibus ita eſt affectus, vt ſopito corpore ipſe vigilet*.M.Tul.1.de diuinatione.

Explere latice fontis lacteo] Idem ille Iſacius, *bracteo*, *Bracteam* laminam quandam tenuiſſimam ex Iſidoro ſcimus, hinc *Bracteus*,*&* *Bracteum*, quod politie & leuigatura probe & decenter exaſciatum ſit: qualis in ſpeciem vel hic amnis depingitur Apuleio.*Bracteata felicitas* apud Senecam Epiſt.cxv.

Pag.110.v.18. *Quod poculis veſperi minus temperaui*] Mercurius de Ioue, apud Plautum Amphitr. Ac.1.Sc.1.*inuitauit ſeſe in cœna pluſculum.*

verſ.10. *Vir,vt habitus & habitudo demonſtrant, ornatus accedis huic fabulæ*] Godeſcalcus Steubechius, vt eſt ipſe egregie cordatus homo, ita ſane nimis quam ingenioſe legendum contendit, *cordatus*. adhibito Apuleii loco lib. 5. *Mater autem tu & præterea cordata mulier*. Eſt quidem optima iſta emendandi ratio, cum auctoritatem auctor ipſe ſuam accommodat. Sed & Apol.11. *Præſens eſt quæſtor publicus,cui depenſum eſt,Coruinus Celer, vir ornatus*.Feſtus ſiue Paullus: *Ornatus dicitur & bonis artibus inſtructus, & honores adeptus*. Nihil cauſſæ vt videam quamobrem vulgatam voculam aut mutemus, aut vt Scioppio ſic hoc videri video, deleamus, etiam præſertim cum ea vis quædam & pondus verbis Apuleij accedat: viri enim ornati *auctoritatem nullam*

debent nec fidem commentitiis rebus adiungere, vt auctor eſt M. Tullius II. De diuinatione.

verſ. 22. *Sed vtcunque fata decreuerunt, ita cuncta mortalibus prouenire*] In hanc ſententiam Seneca Epiſt. LXXVII. *Rata & fixa ſunt* [fata] *atque magna & æterna neceßitate ducuntur.* Noſter mox lib. IX. *Nec conſilio prudentis, vel remedio ſagacis, diuinæ Prouidentiæ fatalis diſpoſitio ſubuerti vel reformari poteſt.* Quinimo *ineuitabilis fatorum vis cuiuſcunque fortunam mutare conſtituit, conſilia corrumpit.* vt eſt apud Velleium Paterc. lib. II. hiſtor.

P. 112. v. 6. *Et habitu mendico ſemper incedit*] Scilicet *in diuitiis inops, quod genus egeſtatis grauiſſimum eſt.* Vt ſcribit Seneca Epiſt. LXXIV.

v. 10. *Et cum dicto, modico ſecus*] lego, *modico ſequius*, vt ſuperius monui.

v. 18 *Litteras ei à Corinthio Demea ſcriptas*] Manuſcr. *Demea viro.* forte *Demea Duumviro.* Scriptum erat II VIRO, aut quid tale. Magiſtratus erat, qui Coloniis & municipiis præerat, à numero ita dictus. Duumvir Madauræ fuit Theſeus Apuleij pater.

v. 37. *Sed non impune. Iam enim faxo ſcias*] Simili plane modo Petron. Arb. *Sed non impune. Iam enim faxo ſciatis*, &c. Minandi formula, qua & hic noſter ſæpe vſus aliàs

P. 114. v. 12. *Iam obſtinationis ſuæ*] *obſtinationi*, malim.

Quid tam magnis preciis piſces friuolos venditatis? Malo, *indicatis.* nam & ſupra, *quod centum numis indicarent.*

AD L.

AD L. APVLEII METAMORPHOSEON LIB. II.

P.115.v.12. *Aurum in gemmis, & in tunicis, ibi inflexum*] Mavult Lipſius, *implexum*.

Hic intextum] Cypria. de bono pudicitiæ: *veſtibus aurum intexere quaſi pretio eſt veſtes corrumpere. Quid inter fila ſtaminum delicata rigida faciunt metalla?* &c. Virgil. VIII. Æn.

——*chlamidemq; auro dedit intertextam.*

v.21. *Cætera corporis inexplicabiliter*] Ita MS. & in margine, *inexecrabiliter*. In vulgatis eſt, *exequabiliter*. Malim propius Apuleianum ſtilum, *inexæquabiliter*.

v.25. *Et immeditatus inceſſus*] Ven. Baſ. 1. & 2. *immediatus*. Quid ſi, *immetatus*? Petron. *Quò inceſſus* tute [f. *ſcite*] *compoſitus, & ne veſtigia quidem pedum extra menſuram aberrantia?*

Et alioqui inf. lib. IX. pro *metatorum*, *meditatorum* in MS. erat, *mediatorum* in vulgatis.

v.29. *Et eandem nutricem ſimul bibimus*] ὁμογάλακτες Ariſt. li. 1. Polit. eodē lacte nutriti, collactanei.

Pag. 116. v.2. *Attollebant ſtatuas Palmaris Deæ*] *Attollerabant*, MS. bene, vt inf. *menſula cœnæ totius honeſtas reliquias tolerans*.

v.4. *Plantis roſcidis decitantes*] lego, *deicitantes*, ſiue quod idem eſt *deijcitantes*, id eſt, deiicientes.

v.13. *Vt vite pendentes racemos*] codex ſcriptus *rue pend. rac.* Ven. & Baſ. 1. *rure pe. ra.* lego leuicula mutatione, *vere*. quaſi *cum ipſius naturæ veritate certantes*, vt Petron. loquitur. Martialis de Iſſa catella Publi:

Iſſam deniq; pone cum tabella,
Aut vtramq; putabis eſſe veram,
Aut vtramq; putabis eſſe pictam.

v.26.*In dorſum proiectus*] Manuſ.*inde iam proie.* legerim, *in Deliam*, ſed potius *in deam*. vt ſupra hoc lib.*at illa obtutum in me conuerſa*. Deliæ deæ mentio Horatio lib.IV.oda VI.

v.27.*Dum hæc identidem rimabundus*] forte *mirabundus*, vt poſt paullo, *isto aſpectu defixus obſtupui, & mirabundus ſteti.*

P.117.v.10. *Manu eius velut cathena quadam*] MS. *& manu eius*.forte, *ex*.

v.35.*Et in orbis flexibus*] forte, *orbicis*.

P.118.v.4.*Nam ſi te vel modice meus igniculus afflauerit, vreris intime*] Artemidorus lib. II. cap.VI. ȣ̓δὲν οὕτως, τὰ σώματα θερμαίνει, ὥσπερ πῦρ ἢ γυνή, *nihil tam corpora calefacit quam ignis ac femina*. Noſter lib.8. *flamma ſæui amoris parua quidē primo vapore delectat, ſed fomento conſuetudinis exæſtuans immodicis ardoribus totos adurit homines.*

Petron. Arbiter

—— *tenta modo tangere corpus.*
Nam tua flammifero membra calore fluent.

Sulpitia ad Cerinthum apud Tibul. lib.IV.

Vror ego ante alias, iuuat hoc Cerinthe quod vror,
Si tibi de nobis mutuus ignis adeſt.

Plura nos ad Terent. Eunuch. Ac.I.Sc.II.

Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis.

inſtar ſpeculi] V.L.*adinſtar*.

v.41. *Sed inordinatus ornatus addebat gratiam*] *erat ornata hoc ipſo quod ornamenta neglexerat, vt mulieres ideo bene olere, quia nihil olent, videntur*: vt ſcribit M Tull.lib.II. Epiſt.I.ad Attic. Et in oratore: *mulieres eſſe dicuntur nonnulla inornata, quas idipſum deceat.*

Quid quod ſæpe decor, cum prohibetur, adeſt?

vt

vt eſt in veterum poetarum Catalectis.

Pag. 119. v. 26. *Veneris hortator & armiger Liber*] *Verbum hercle hoc verũ erit, ſine Cerere & Libero friget Venus*, ait Chremes Terent. Eunuch. Vnde apud hunc noſtrum lib. v. Venus *inimicam* ſuam *ſobrietatem* nominat. Econtra Horat. lib. III. od. XVIII. *Craterem Veneris ſodalem.*

v. 32. *Concinnaticiam menſulam*] Concinnaticam Manuſ. Solinus in præfat. 2. *Vt nec in eo prodiga ſit copia, nec damnoſa concinnitas.* Et cap. I V. *Egrediemur propoſita concinnitatis modum.* Concinnitas autem illi breuitas eſt.

Pag. 120. v. 2. *Sunt, aio, prima*] *plurima*, forte. *Priua*, Colu. quod nec reijcio. Cyprian. *quando ſtatuerim nihil, &c. mea priua ſententia gerere.*

v. 30. *Oſculatur artiſſime*] Editio Baſil. *Exoſculatur.* quod magis placet.

Variis turbinibus procellarum quaſſata] MS. *tribulationibus.* Vnde ſuſpicor, *turbinationibus.* ſed ſuſpicor tantum.

P. 121. v. 2. *Præceps demerſa eſt,*] Malim cum edit. Baſil. *Præcipitio dem.*

verſ. 28. *Et lagena iuxta orificio ceſſim dehiſcente Pateſcens*] Notat Coluius pro *iuxta* legi in manuſ. vetere. Et neſcit quid ſit. Ego inde lego, *Lura, & Lagena Lura ceſſim dehiſcente pateſcens. Lura*, eſt os culei vel vtris, teſte Feſto. vt illud *orificio* ſit gloſſema τῦ *Lura.*

v. 29. *Prorſus gladiatoriæ veneris antecania*] *Antecena* mavult Lipſius, quem adi Cent. I. Epiſt. LXV. ad Bonavent. Vulcanium.

v. 31. *Iacta proximat roſa ſerta, & roſa ſoluta*] Roſæ etenim aut ſertæ aut ſolutæ : Hæ ad ſpargendum,

illæ ad coronandum. Q. Minutius felix: *Quis autem ille, qui dubitat vernis indulgere nos floribus? cum cupiamus & roſam veris & lilium, & quicquid aliud in floribus blandi coloris & odoris eſt. His enim & ſparſis vtimur mollibus ac ſolutis, & ſertis corolla complectimur.*

v.33. *Ac deſuper aqua calida iniecta*] forte τὸ *aqua* redundat, & ex gloſſemate in textum irrepſit.

v.34. P*orrigit bibam, idque modicum. Prius quam totum exorberem*] Lego, *bibam. Idque modico prius, quam totum exorberem.*

P.123.v.10. *Frequenter offerentes*] Baſ. ed. *frequenter offerre*, vt ſit infinitivus pro indicativo.

v.18. *Omni deniq; prouinciæ voluptarij ſeceſſus ſummus*] ſcriptus liber, *ſucceſſus*. Iuuo & firmo loco vno & item altero Arnobij II. aduer. gen. *Aut quod ſtructis domibus & lautioribus ſucceſſibus inſtitutis non antiquas adamauerint caſulas.* lib. v. vbi de Proſerpina: *raptam virginem ſecum vehit, & terrarum abſconditur ſucceſſibus rurſus.* Rurſum lib. VII. *An hiatus aliquis, aut ex molibus inæqualiter aggeratis ſucceſſus quidam & fornices, in quos intulit ſe raptim circumſcripto tuentium viſu.* Gloſſæ Græco-latinæ, *Succeſſus* ὑποχώρησις.

v.26. *Perpeti celeritate*] magis placet *prapeti*, id eſt, præeunte. *Aues prapetes*, quæ proſperius præuolant, apud Agel. lib. VI. cap. VI.

P.124. v.1. *Et inſtar oratorum*] v. Lib. *ad inſtar.*

P.125. v.31. *Mihique oppido formido cumulatior*] *cumulatur*, malim, vt Lib. IV. *nunc etiam redintegratur, imo vero cumulatur infortunium meum.*

P.126. v.29. *Genialem caniciem reuellens*] MS. *inuelleras*. Vnde Colu. *vellicans*. Ego, *inuolans*.

P.128.

P.128.v.16. *Tentare fortunam aggredior*] Coluius, *tentare forte iam aggredior*. Ego, *protinam aggredior*, pro continuo. vt ſæpe, Plautus & Terentius.

v.40. *Dumque iam iunctim proximamus*] lego, *iuxtim*. Sic ſupra hoc lib. II. vbi vulgo, *iuxta ſe vt aſſideret* in vetere libro legi, *iuxtim ſe*, teſtis eſt Colu. Et lib. IV. florid. extr. *ſed vbi iuxtim conſedit*.

AD L. APVLEII METAMORPHOSEON LIB. III.

P.129.v.29. *Ciuitas omnis in populum effuſa*] Tentabam *in populum*; vel quod etiam aliis in mentem fuit, *in publicum*. Pro vulgata ſtat Ioan. Iſacius, vir omni liberali doctrina perpolitus.

P.130.v.33. *Circumirem*] v.c. *circuirem* quod magis placet.

P.131.v.19. *Quod plane verum crimen*] forte *vnum*.

P.132.v.21. *Conſpicio prorſum totum populum*] Manuſ. *prorſus*. al. *rurſus*, Scribo, *rurſus prorſus*, aut, *rurſum prorſum*. & mox pro *diffluebant*, *diffluentem*, cum Coluio. Ennius *Andromeda* apud Nonium: *Rurſus prorſus reciprocat fluctus viam*. *Apud* Terentium: Hecyra: *Curſare rurſum prorſum*.

v.23. *At tunc ſic tacitus mecum*] Supra lib. I. *hac identidem mecum*. Et lib. X, *Sic ipſe mecum*; vbi tamen adulterina vox, *replicabam* Terent. *And*. *Egomet continuo mecum*. M. Tul. lib. IX. epiſt. VII. ad Varron. *Mecum ipſe, mecum*, cum meo animo. Plaut. Trinummo *Ac*. II. Sc. I. *hac ego cum ago cum meo animo & recolo*. Homerus ſæpe, loqui cum ſuo corde.

v.32. *Quo peremptorum cadauera contecta fuerant*] fuit cum, *contecta*, mallem, nunc muto, & non muto.

P.134. v.21. *Dignioribus meiſque maioribus*] membranæ, *meique maioribus*, non male Grȩciſmus, quē temere non imitemur.

P.135. *v.7.* *Non exlata facie*] Ita retineo. Supra lib. 2. in fine *ex ſummis viribus irruentes*. *A*pol. 1. *vnis literarum ſtudiis ex ſummis viribus deditus*. *A*libi: *exſummo ſtudio fugiens immanem vrſam*. Ita *exlata facie*, vt apud Sueton. Caligula cap. L. *colore expallido*. *exalbido* apud Plin. lib. XII. cap. XVII. quomodo & *exalbeſcere* dixit, Cicero I. & III. de Oratore. Sic *exaridus*, Pacuuius, *expauidus* Agellius lib. I. cap. *VIII*. Sed & Symmachus magnus Apuleij imitator lib. VII. Epiſtola CXXVIII. *Amor*, inquit, *in te meus exſummis opibus annititur, vt indies*, &c. *ex* præpoſitio vim & poteſtatem verbi amplificat, vt monet *A*drianus Turnebus Aduerſar. lib. XX*II*. cap. XXXI.

v.*41*. *Formido ſolide domus huius operta detegere*] Quidam, *ſolidæ domus* quod imitatione ſua videtur confirmare Sidonius *A*pollinaris lib. *IV*. Epiſt. VI. cum ait: *Et ſolida domus ad hoc aui inconcuſſa ſecuritas*. Placet vulgata editio Iano Gulielmio *formido ſolide* eſt vehementer, ad modum quem vide in Plauti Trinum. cap. IV.

Pag.*136*. v.*23*. *deſecti humi iacebant*] *humidi* V.C. lego *humu*.

v.*29*. *Magiſtratibus te conſtanter obiiciam*] Malim, *incontanter*.

v.*38*. *Et iam pendentes cernerem*] f. *tendentes*.

P.*137*. v.10. *Alibi trucidatorum ſeruatus cruor*] lego, *ſeratus*, id eſt, in ſerum coactus.

v.*26*. *Sed vtricidam amplecterer*] Puto latere etiam obſcænum iocum, quaſi ab vtero cædendo. *Cædere Hillas*, inter deuirginata eſt.

P.138.

P.138.v.14. *Etiam in alium diem nos attinuit*] f. *in altum diem*, vt video probatum quoque doctiſſimo Caſperi Scioppio ſua in hunc auctorem ſymbola Critica.

v.25. *Pixides pluſculas inde depromit*] fortaſſe, *indidem promit*. Plaut. Pſeud. *Act*. II, Sc. IV. *Quid ſi opus ſiet, vt dulce promat indidem, ecquid habet?*

v.35. *Volens reformatur*] f. *ſolens*.

P.139.v.2. *Per iſtas tuas papillas*] *Pupillas* legit Lipſ. refertque ad modum rogandi per oculos.

Exibis aſinum] Solinus cap. I. *hominem exiuit* vbi tamen *Aldi* editio anni M.D.XVIII. *exuit*, legit. probatque Turnebus *Aduerſ*. lib. XVI. c. VI. Et hoc loco, *exues aſinum*, legit Fuluius. Quomodo & Minutius felix locutus eſt *Hercules vt hominem exuat, Oetæis ignibus concrematur*. Hic tamen *exibis aſinum*, præferam propter anthiteta: *ſtatimque in meum Lucium poſtliminio redibis*.

P.140.v.34. *Secreta numina*] In Palatino, *ſacra numina* fortaſſean legendum, *ſacrata numina*. vt apud M. Tul. 3. de Offic. *fide ſacratum ius*.

P.141.v.1. *Lucius de nouo futurus*] *denuo*, prȩferam.

v.2. *Equi perfidiæ*] Rectius, *equinæ*.

v.4. *Simulacrum reſidens*] Malim, *præſidens*. & ita Douza.

Ædiculæ] Lipſ. *ſediculæ*. Ego vulgatam retineo.

v.15. *Quærens inuenire*] Magis placet, *quæritans eruere*.

v.18. *Percuſſis ianuis*] f. *perculſis*.

P.142. *Roſæ virgines*] ſic econtra *roſam anum* dixit *Auſon*. Edyl. 6. *famam anum* Catul.

——— *Et qui ſis fama loquetur anus.*
Chartam virginem Martial. lib.1. Epig.67. quam Vlpianus, *puram*.

AD L. APVLEII METAMORPHOSEON LIB. IV.

P.143.v.13. *At me conuallem quidem vſque iam*] *vſpiam*, lego.

P.145.v.23. *Et vita dedecus primum*] *priuum*, Col. vulgatam repudiandam non arbitror.

v.24. *Sic nobis otioſa domi reſidens luſitabis?*] MS. al. *iuſicabil*, forte, *miniſtrabis*, vel *muſſitabis*, aut potius, *mutitabis*. Quid ſi etiam, *morſicabis?* facit quod apud Feſtum legitur *munitio, morſicatio ciborum*. Vnde forte legendum, *munitabis*, forte etiam, *incilabis*. Mihi neſcio quid tale ſubolebat. Doctores iudicent, & explicent æſtum meum. *Bene qui conyciet, vatem hunc perhibebo optimum.*

v.25. *E tam ſera refectione*] f. *ſera profectione*.

P.146.v.1. *Pulmentis aceruatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingeſtis*] Aduerbia in *im*. vt apud Terent. *cautim, paulatim, vnciatim*, & in hiſtoria Siſennæ apud Agel.lib.12.cap.15. *curſim, properatim, celatim, velitatim, ſaltuatim*. Apud Non. Marcel. *pedetentim, pedepreſſim, adamuſſim, centuriatim, fluctuatim, guttatim, alternatim*. Ex quibus & *pedetentim* legas apud M. Tul. lib.9. Epiſt.14. ad fam. & *centuriatim* orat. pro L. Flacco. Apud eundem II. de orat. *furtim, curſim*. Noſter de Deo Socratis, *ſingulatim mortales, cunctim tamen vniuerſo genere perpetui*, & vſurpant paſſim alij auctores.

v.5. *Qui*

v. 5. *Qui robore cæteros anteibat*] Magis probo, *antiſtabat*.

verſ. 25. *Vix enim Thebas Heptapylos acceſſimus*] pro vocula *vix*, *nox* repono, id eſt, noctu. vt apud Plautum. Aſinar. *Nox ſi voles, manebo*, & in 12. SEI. NOX. FVRTVM. FACTVM. ESIT. apud Macrobium lib. 1. Saturn. capite 4. Nam illud, *quod eſt huic diſciplinæ primarium ſtudium*, vix video, quo referri poſſit, niſi hic ita, id eſt, *nox*, legamus. Tum enim explicabitur hic locus, & alio infra: *Et ex diſciplina ſectæ ſeruato noctis illumino tempore, quo ſomnus obuius impetu primo corda mortalium validius inuadit, ac premit*, & *examuſſim capto noctis atrocinali momento*. ſcitum Iuvenalis illud, *Vt iugulent homines*. & *nocturnus graſſator*, apud Petronium.

P. 147. v. 15. *Ac dum trepidi regionis vrgemur*] lego cum manuſcript. C. *vrguemur*, ſic enim hanc vocem antiquitus ſcribebant.

v. 21. *Cur enim manu*] *manui*, lego. vt & ex MS. Fuluiano Scioppius.

v. 27. *Ictu fortiſſimo tranſadigit*] f. *tranſadegit*. Sed malo cum Baſ. edit. legere, *tranſadiit*. Sic alibi, *per medias acies infeſti militis tranſabij*.

v. 31. *Tamen ſæuum fortunæ nutum non potuit abducere*] Coluius, *num aufugere, an abdicare*? Ego vtrumque abdicauerim, & fortaſſe repoſuerim, *obducere*, quod apud Tertullianum ſæpe occurrit pro vincere. Vt libro de carne Chriſti circa finem, *hoc quidem capitulo ego potius vtar, cum adulteratores eius obduxero*. Et aduerſus Praxean: *Vndiq; enim obducti diſtinctione patris & filij*. obducti, id eſt, conuicti, vt exponit Beatus Rhenanus.

P.148.v.17. *Bonum ſecutorem Lamatho dedimus*] qui Lamathum ſequeretur comitareturque ad Orci domum. Sic eum explicat I. Lipſius lib. 2. de gladiator. cap. 5. *à ſecutoribus* olim in militia, qui Tribunos comitabantur, velut loco apparitorum. *A* quà notione lib. IX. *Myrmecem acerrimum relinquens vxori ſecutorem*, id eſt, adſeclam, comitem, qui illam quaſi vmbram, quoquo iret, perſequeretur. Aliter Ioſ. Scaliger Caſtigation. in Manilium, qui ad rem gladiatoriam reſpexiſſe Lucium vult, in qua victis aut interfectis qui ſufficiebantur, Græci ἐφέδρους, Latini *ſubdititios* & *ſecutores* vocabant. Martialis etiam *ſuppoſititios* lib. 2. Epigr. de Herme. gladiatore. Legit autem vterque pro *Lamatho*, *Lamacho*.

P.149 v.4. *Tenuato ventri cogit ſordentia ſupplementa*] Vitioſum hoc, bono certe meo periculo corrige, *explementa*. è Seneca epiſt. cx. *Si ſcieris cacumina arborum explementum eſſe ventris*. Plaut. Sticho Ac. II. Sc. I. *Inanimentis explementum quærito*.

v.6. *Ego & iſte Babulus*] Beroald *Bardulus*, Colvius, *Bubalus*. Ego à vulgata non recedo, Terent. Adelph. *Iube nunc iam dinumeret illi Babulo viginti minas*. Vt Nannius illam vocem per me quidem ſollicitare deſinat.

Tunc tenui farcimine] Malo cum aliis editio. legere, *acumine*.

Vt ipſe habebat, è ſuis loculis adnumerari] Vet. ed. *vt ipſe habebat*. Col. *vt ipſe aiebat*, minime aſſentior. Vulgatam cur mutemus cauſæ profecto non eſt, facit Sueton. Galba cap. XII. *Cano autem Choraulæ mire placenti denarios quinque donaſſe prolatos manu ſua è peculiaribus loculis ſuis*.

P.151. v.1. *Et in illis ædibus fideliſſimorum mortuorum*] lego, *ſedibus*.

v.10.

v.10. *Seſe cella cohiberet*] Illud, *cella*, gloſſema puto.

Strepitu ſcilicet diuinitus] f. *diuagantes.*

Nec ſecus canes etiam] ſecius, lego. vt & poſt paullo, vbi eſt, *nec ſecus alius*, *ſecius* præferam.

P.152.v.16. *Vtero beſtiæ reſecto*] Illud, *beſtiæ*, vt gloſſema iugulo.

P.153.v.4. *Sitim lenio*] Vet. edit. *leuitio*. Vide notas ad lib. VIII.

v.5. *Anxii atque ſoliciti remeant*] Ora libri, quo vſus Steubechius, vt ipſe teſtatur, habet, *remeneant.* Ille facit, *reueniant.* Mihi nequaquam fit veriſimile. Lego, *remanant.* Feſtus, *remanant, repedant.* Ennius lib. 1. ſiue vt alii v. *deſunt riuos campoſque remanant, vbi alij legunt* repelant, ego feci *repedant.* Pro *deſunt* alii legunt, *deſerunt*, f. *deſcendunt clinos.*

v.8. *Vt matronatus eius indicabat*] Supra lib. 2. in princ. *Aurum in gemmis & in tunicis*, &c. *matronam profecto confitebatur.* Et inde fortaſſe, *matronatus*, vt ex tam magnifico cultu atque ornatu virginem hanc & matronam inuat, & ſummatem eius regionis. Tentabam, *Botronatus*, *A*frorum verbum. Tertul. de cultu fœminarum: *Nullam de conchylio veſtem Eſaias increpet, nullas lunulas reprobet, nullam botronatum retundat.* Cyprianus de habitu virginum. *Et reuelabit dominus habitum earum, & auferet dominus gloriam veſtis illarum, & ornamenta earum, & crines & cincinnos, & lunulas, diſcriminalia, & dextralia, & armillas & botronatum, & ſpecula*, & quæ ſequuntur. Verbum rarum loco cortumpendo fuit, ſed quæ tamen in vererum ſcriptis religioſe obſeruanda ſunt, nec ideo temere migranda, quia ab vſu & ſermone noſtro remota, præſertim cum in Apuleio nulla verba niſi antiqua, & à bonis auctoribus, qui ei nunc

non exſtant deſumpta: ſed quibus tamen pro moribus huius ſeculi non omnibus licet vti.

P.155 v.13. *Damniſque cæteris anxiatum*] V.L. *vel exatum.* Vnde Lipſius, *delaſſatum*. alij aliter.

P.156.v.17. *Iam faxo huius etiam ipſius illicita formoſitatis pœniteat*] *Illicia*, diuinat Colu. & ait ſic etiam placuiſſe Lipſio. Ego confirmem exemplo Cypriani ſermone de zelo & liuore: *Offert oculis formæ illices, & faciles voluptates, vt viſu deſtruat caſtitatem.*

v.30. *Pulchritudinem contumacem reuerenter vindica*] Quid ſi, *ſeueriter vindica*? vt ſupra lib.11. *Extremum facinus in nefariam ſceleſtamque iſtam feminam ſeueriter vindicate.* Et lib.3. *de eo crimine, quod etiam in veſtrum ciuem ſeueriter vindicaretis.* Cicer. Act.11. in Verrem, *Si quid vindicatum ſeuere eſt.* Diuus Pius lib.2. D. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris: *ſciet me admiſſum ſeuerius executurum ſeueriſſime animaduertere*, habes in L. vlt. D. de off. præſ. & apud noſtrum ſupra lib.1. *vt in eam die altera ſeueriſſime ſaxorum iaculationibus vindicaretur.* Symmach. lib.9. epiſt.128. *facinus cunctis ad hunc vſque diem ſeculis ſeueriſſime vindicatum competenter vlciſci.*

P.158.v.31. *Deſlentem*] *degentem* Colu. vel *flentem.* vtrique nonne præſtet, *deſientem*? id eſt, *deficientem*, vt infra lib.10. *infit*, id eſt, non ſit.

AD L. APVLEII METAMORPHOSEON LIB. V.

P.159.v.16. *Et ebore curioſe cauata*] f. *calata.*

v.20. *Tantum efferauit argentum*] Malo, *effigiauit.*

v.22. *In varia picturæ genera diſcriminantur*] forte legendum, *emblemate*, vel, *emblematis.*

v.32. *Et paulo ſidentior intra limen ſeſe facit*] *ſeſe agit*, Col. vt apud Comicos paſſim, *quo te agis?* Tamen à vulgata non recedo, niſi placeat, *intra limen ſe faceſſit*.

P.160.v.6. *Viſoque ſtatim proximo ſemirotundo, ſuggeſtum propter, inſtrumentum cœnatorium rata*] Illuſtrat hunc locum Belgicæ lumen Lipſius cent. 1. epiſt.65. ad Bonauent. Vulcanium. Legit autem & diſtinguit hoc modo: *viſoque ſtatim proximo ſemirotundo ſuggeſto propter, inſtrumentũ cœnatorium rata*. Quibus verbis ſigma ſignificari vult, quod erat non Biclinium, vt ipſe aliquando (quod fatetur, ſed falſo putauit li. 3. antiq. lectio.) non etiam diæta aut cœnatio tota, vt Cælius, non menſa ipſa, vt Brodæus (pro quo tamen ſtat acriter Ioannes Sanaro ad Sidon. Apoll. lib.2.ep.2.) ſed erat ex mente Lipſii certa in cænatione pars ſeorſum erecta & exſtructa ad recipiendum lectum, idque Hemicycli aut lunata forma, qua littera illa Græca paſſim in lapidibus & priſcis libris. ſuggeſtum, inquit, quoddam ligneum, ſiue qua meliore materia ſemirotundum, in quo perpetuus vnus lectus, ad ſex ſeptem conuiuas recipiendos. Quod velut dimidiatum triclinium repertum inferiore æuo, ad facilem & magis aptum vſum. Hæc Lipſ. quem fuſius hac de re vide epiſtola quam dixi.

v.40. *Cæterum mihi quidem*] pro ceteroquin, id eſt, alioquin.

P.161.v.12. *Deſinis cruciatus*] ſ. *eiulatus*. Dictum vt Horat. *Deſine querelarum*. Sed cum accuſandi caſu noſter lib. 3. *ſcelus deſinere*. lib. 4. *fugam & fletum deſinere*, vt Cicero lib.7. epiſt.1. ad Marium, *artem deſinere*.

v.32. *Vi ac poteſtate veneris vſurus*] ſcribendum

putem *victus*, vel potius, *vrſus*, ab vrgeo. Sed οὐκ εἰδὼς ἀλλὰ εἰκάζων id dico.

P.162. v.11. *Locumque ſeruientium*] forte, *vocumque ſer*. Supra huius libri principio: *Nos quarum vocis accipis tuæ famulæ ſedulo tibi præminiſtrabimus.* Et *ſolas voces famulas habebat.* Et ſic edidit Ioan. à Woulberen vir accuratiſſime doctus atque eruditus.

v.17. *Quis illarum rerum cæleſtium dominus*] Abeſt à quibuſdam priſcæ edit. vox, *rerum*. Rectius fortaſſe reponas *ædium*, vel *opum*, niſi vehementer iudicans fallor.

v.31. *Maritis aduenis ancillæ deditæ*] Non poſſum quin elegantem adſcribam Diui Auguſtini locum Confeſſio. lib. IX. cap. IX. vbi mater eius aliis matronas admonere ſolet, *Ex quo illas tabulas, quæ matrimoniales vocantur, recitari audiſſent, tanquam inſtrumenta, quibus ancillæ factæ eſſent, deputare debere, proinde memores conditionis ſuperbire aduerſus dominos non oportere.*

P.165. v.13. *Atillæ incontata ſtatim*] Col. *incontanter*, ego vulgatam retineo. vt apud Petronium, *indelectatus*. *At ille non indelectatus nequitia mea.*

v.16. *Vultu læto tegentes*] Alii, *teſtantes*, vnde Steubechius, *tectantes*.

P.166. v.34. *Certe piè ſorores*] f. *pia*.

P.167. v.23. *Cubile ſolidum conſcenderit*] Quidam *concederit*, vnde fortaſſe non male, *conceſſerit*.

v.24. *Altum ſoporem deſcenderat*] Colu. legit, *altum in ſoporem*, mihi vulgata non diſplicet.

P.168. v.30. *Arcus & pharetra, & ſagitta, magni Dei propitia tela*] Notat ex Alpheno Agellius lib. 6. cap. 5. noct. Attic. veteres *novum nouitium*, & *proprium*

prium propitium dixiſſe. Ita hic acceperim ego, ſed cum Poeta neſcio quo *Magis audiendum, quam auſcultandum cenſeo.*

v.31. *Interim dum Pſyche*] *Interdum* Coluius, ego vulgatam retineo, vt, *primumdum*, & ſimilia.

P.172.v.10. *Sed male prima pueritia inſtructus es*] Coluius, *imbutus es*. in quibuſdam, *inductus es* quod retineo ex Iuriſconſultis & Ammiano.

v.16. *Puellas propinare conſueniſti*] lego, cum Ro. ed. *conſueſti*.

v.17. *Sed nunc irriſui habita*] al. *in riſu habita*. forte, *inſuper habita*. vt ſupra lib.1. *hic eſt qui mei amoribus inſuperhabitis*. vt habent vett. lib. rectius quam editi, *ſubterhabitis*. *Inſuper habere* eleganter pro negligere ac contemnere. Adeundus M. Ant. Muretus lib. xi. var. cap. xvii. poſt Iacobum Cuiacium & Iacobum Rænardum Iuriſc. hunc Belgicæ Papinianum alterum, illum Galliæ.

P.173.v.1. *Quod autem oramus, iſti crimen*] *Iſtic*, fort.

v.31. *Sed eam protinus Ceres & Iuno comitantur*] *continuuntur*, legi in quodam Fuluii Vrſini manuſcr. & in alio *continuant*, teſtatur doctiſſimus Caſper Scioppius notis ad Symmach. lib.1. epiſt. 53. vbi idem legit cum Franc. Modio, *niſi forte in ſyluis Apollinem continuaris*. Sic noſter ſupra lib. 1. *Inde me commodum egredientem continuatur Pythias*, id eſt, offendit me, occurrit mihi, v[illegible].6. *continuaueris* (aut vt Scoppius legit, *continuaberis*, ſiue vt in Bertiniano, *continuabis*, quod æque bonum) *Claudum aſinum*, &c. Sic apud eundem Symmachum lib. 4. Epiſt. 44. legendum iam diu monuit idem Modius: *Nam me in ſyluis Lau-*

rentibus continuatus eſt rurali quieti inhærentem. Nonius ex Siſenna: *continuari, conuenire, concurrere.*

AD L. APVLEII METAMORPHOSEON LIB. VI.

P.173.v.24. *Animo tanto cupidior*] f. *nimio tanto.*

P.174.v.31. *Deterſis ante lacrymis*] Nam lacrymantes nefas ad ſacra accedere. Tertullian. Apologet. cap 9.

v.40. *Neque in tantis exantlatis laboribus defeſſum*] Sic dictum, inquit Colu. vt ſupra lib.2. *ſenex grauis in annis, & vinum in ætate pretioſum*, & lib.3. *Tantulo triennio maior in ætate.* fortaſſe & ita apud Vlpian.lib.3.D.de Sc.Syllaniano: *Si quis in graui valetudine adfectus.*

P.175.v.6. *Legibus quæ ſeruos alienos profugos*] vide L.1.& tot.tit.D. *de ſeruis fugitiuis.*

v.13. *Quo rurſum itaque*] *quorſum*, Mercerus, forte rectius legatur, *quoverſum*, vel *quouorſum*, veteri voce. Iudicium penes doctiores eſto.

P.176.v.8. *Domum ſeceſſit*] Melius multo, *faceſſit*, quod & Scioppio probatum.

P.177.v.30. *Et flagrans balſama venus*] *flagrans*, legendum, ſupra lib.2. *cinnama fragrans, & balſama rorans.*

P.178.v.13. *Sed dum meridies ſolis ſedauerit vaporem*] melius me iudice: *Sed dum meridu ſolis ſedauerit vapor.*

P.179.v.7. *Et quid facis?* vide, & quid agas caue] Σύστοιχον eſt. Hinc iſtud Terentii Eunucho: *vide quid agas*, vbi Donatus admonet, id dici ſolere magna aggredientibus.

v.28. *Et*

v.28. *Et vt abiret innoxius præmonentes*] lego, *præminantes*, ſic infra p. *nec alium locorum inquilinum præminabantur* Iſidorus: *minator eſt monitor, ſed monitor dicitur, cum prænunciat bona, minator cum prænuntiat aduerſa.*

P.180.verſ.8. *Pergit quampiam turrim*] Malo cum Baſ. *edit. Pergit ad quampiam.*

P.181.v.34. *Mente capitur temeraria curioſitate*] Quid ſi, *inante.*

P.182.v.41. *Et virginitate priuauit, teneat, poſſideat*] videtur interſerenda vox *habeat*, vt ſit, *habeat, teneat, poſſideat.* Ex formula Iuriſconſultis vſitata, *habes, tenes, poſſides.* Secundum quam & Plinius lib.1. epiſtola 16. *Amo*, inquit, *Pompeium Saturninum*, &c. *nunc vero totum me tenet, habet, poſſidetque.*

P.183.v.20. *Ad fiſtulam diceret*] legendum cenſeo, *hiſceret*, vel *hiaret.* Cõfirmat Propert.li.3. eleg.2.

Tantum operis neruis hiſcere poſſe meis.

Et Eleg.15. ad Bacchum:

Mollia Dircææ pulſabunt tympana Thebæ,
Capripedes Calamo Panes hiante canent,

& de Apolline cum cythara ad viuum depicto lib.2. Eleg. 21.

Hic equidem Phœbo viſus mihi pulchrior ipſo
Marmoreus tacita carmen hiare lyra.

Reponit hoc ipſum verbum Ianus Gulielmus apud Martialem lib.5. eleg.57. vbi vulgo,

fac diſcat cytharœdus aut choraules

emendat ille, *fac hiſcat*, lib.3. veriſ. c.19.

Pag.184. v.13. *Quid ſtas Luci?*] vet.edit. *quidiſtas Luci?* Ex quo Colruus, *quid inſtas Luci?* quod tamen nec illi placuit. Magis fortaſſe, *quid reſtas Luci?* Plautus Moſtellar. *viden vt reſtat furcifer?*

P.185.v.1. *Ac me deducere*] f. *reducere*.

Dependentem directe aniculam] f. *directa*. Sed *Dircen* præſertim, vt iam diu è manuſc. legend. docuit Scioppius.

P.187.v.4. *Vt ſola facie prominente*] Refert Valer. Maximus lib.9.cap.11. in fine *Barbaros mactatarum pecudū inteſtinis & viſceribus egeſtis homines inſerere, ita vt capitibus tantummodo emineant, atque vt diutius pœnæ ſufficiant, cibo & potione infelicem ſpiritum prorogare, donec intus putrefacti laniatui ſint animalibus, quæ tabidis corporibus innaſci ſolent.*

AD L. APVLEII METAMORPHOSEON LIB. VII.

Pag.190.v.18. *Spretis atq; contemptis vrbicæ luxuriæ delitiis*] *ſpretis*, gloſſematium à Beroaldo eſt, nam in eius exemplari legitur, *ſumptis*. f. *ſummotis*.

v.41. *Plenam vindictam impetrauit*] Supra lib.4. *vindictam tuæ parenti, ſed plenam tribue*. vt apud Plinium lib.15.epiſt.66. *Et plenam ei humanitatem tuam præſtes*, &c.

P.191.v.1. *Et confeſtim interiit*] vectus lectio Beroaldi, *interibit*, verior, niſi fallor, *interiuit*.

v.4. *Meſuratus*] velim iterum, *furatim*, vel *furatò*.

P.192.v.38. *Commeabat aſſidue*] *commetabat*, repono ex Nonio.

P.194.v.2. *Prolixe quæritabat*] Colu. *prolixe quam curabat*. Aliæ editiones habent, *qui curutabat*, & *currutabat*. Venet. *curritabat*. Vnde emendandum iudico, *curitabat*, vt ſit, quemadmodum loquuntur Grammaticorum παῖδες, *frequentatiuum*.

P.196

P.196.v.41.*Ignem vltroneum acceſſiſſe*] Quin potius, *acceſſiſſe.*

P.197.v.20.*Et feſtivus hic amaſio*] Prudentius περὶ στεφανῶν,

Nubunt puellæ, ſæpe luditur dolis,
Amaſionum comprimuntur fraudibus.

v.21.*Incoram omnium geſtiebat inſcendere*] Sic recte Colvius vt lib. 9. *atque incoram omnium aureum depromeret cantharum.* Geminarunt veteres interdum præpoſitiones, etiam Iuriſconſulti; quorum exempla accumulantur à Iacobo Rænardo lib.3. vario. cap.3.

P.198.v.21.*Contra montis ſuetum ducit veſtigium*] *faſtigium* lego. Supra hoc lib.7. *Nec me montis excelſi tantum arduum fatigabat iugum.*

v.34.*Baculo, quem gerebat, obuerberans*] V. lectio Beroaldi *obumbrans.*

P.199.v.22.*Sera vindictæ gratulabar*] MS. *fera.* vnde fortaſſis, *ferina.*

AD L. APVLEII METAMORPHOSEON LIB. VIII.

Pag.202.v.1. *Profundam Romam Cupidinis*] Sic MS. & Rom. & Baſ.1. in cuius margine adſcriptum, *forte, rotam Cupid.* Lipſius in epiſt. quæſt. legebat, *aromnam Cupidinis.* Ego, *roinam*, ſiue *ruinam*, quomodo & *yuo villiomarus* (ſiue is *Ioſ. Scaliger eſt*) aduerſus Rob. Titium, qui *rimam*, ſupponere ſed inepte conabatur, lib.9. locor. controu. cap.17.

v.12.*Contentioſa pernicie*] Scripſerim, *peruicacia*, vel *pernicie* à peruico. Sed non vrgeo peruicaciter.

P.203.v.6.*Dente compulſo*] f. *dente comploſo.*

P.205.v.21. *Aures obſeratas de nuptiis obtundens aderat*] f. *adorat*.

P.206.v.6. *Quæ clauſtris adhærens*] MS. *claſtris*. vnde Colu. *clatris*. Mihi in mentem venit *cloſtris*. veteres *cloſtrum*, & *clauſtrum* dixere, Seneca VII. de benef. c. 21. *vt ploſtrum* & *plauſtrum*, *loſum* & *lauſum*. Gloſſæ κλεῖθρον *clauſtrum*, *cloſtrum*. Petronio Arbitro *cloſtellum*.

v.8. *Placuit Thraſyllo ſcena feralium nuptiarum*] MS. *ſtrena*. Plaut. Sticho: *Bona ſcaua ſtrenaque obuiam acceſſit mihi*.

P.207.v.2. *Vltrices habebis pronubas*] MS. *per vias*. fortaſſe *prauias*, quia addit, *orbitatem comitem*.

v.10. *Nudatis totis ædibus*] lego, *viduatis*.

Munita ſepultura] Lipſ. *vnita*. Meo quidem animo non inepte legas, *inunita*, vt ſæpe ſupra. Vide lib. 6.

v.30. *Inedia ſtatuit elidere ſua ſententia damnatum ſpiritum*] apud Petron. *Quid proderit hoc tibi ſi ſoluta inedia fueris? ſi te viuam ſepelieris? ſi antequam fata poſcant, indemnatum ſpiritum effuderis?*

v.31. *Hic ille longo trahens ſpiritu*] Scriptus Cod. *hoc ille longos trahens ſpiritus*. forte *ſuſpiritus*. Vt ſupra lib. 1. *cum ille imo de pectore cruciabilem ſuſpiritum ducens*.

P.208.v.33. *Dum altum aduſque cælum*] ſuſpicari libet, *dum in altum*.

v.34. *Fugere comparant*] Malo *fuga ſe comparant*, ſic inf. p. 137. *vlteriori ſe fuga proripiunt*.

v.39. *Sed nequidquam fruſtra*] *fruſtra*, gloſſema eſſe & alienam hominis nugatoris vocis, *nequidquam*, interpretationem quis omnium vel exigue harum literarum peritus non videt?

V.41.

v.41. *Timorem illum ſatis inanem*] MS. *inciuem*. Neſcio ſi quid ad rem pertineat, quód infra legitur *innicem certa religionis mentita*.

P.209. v.13. *Diuque graſſati.*] MS. *denique craſſati.* forte, *diq; graſſati*, per tmeſin, id eſt, *digraſſati* Plautus Trinummo *Nam abſque foret te, ſat ſero in alto diſtraxiſſent, diſquetuliſſent ſatellites tui me miſerum fœde*, pro, diſtuliſſent, diſſipaſſent.

v.17. *Quoſdam iacentes inſcindere*] Colu. *inſcendere*. Ego vulgatam non ſollicitauerim, quod videam nimium quam familiare huic noſtro eſſe verbis & nominibus ; vt paulo ante monuimus , τὸ *in* iungere.

Per omnem noſtrum commeatum] legerim *comitatum*. Sed & *ſtipato commeatu*, mox dixit. forte vt *commeatus* illos ſignificet, qui complures iunctim iter faciunt, qua de voce vide, ſi videtur, quæ notabat Ph. Rubenius ὁ μακαρίτης lib. altero Elector. cap.3.

v.29. *Quas prædas munitis*] In manuſ. *minuitis*, minus recte, vt ait Colu. Reſcribendum autumo, *innubitis*, id eſt, inuaditis. Lucilius lib.6. apud Non. *Suam enim inuadere atque innubere cenſent.* Corrigo, *ſua mœnia inuadere.*

P.210 v.17. *Sciſcitari geſtiunt*] MS. *ſciſcitatus*. Baſ.1. *ſciſcitati*. Lego, *ſciſcitatu iri*. Vt paſſim apud Iuriſc. in Pandectis Florentinis *defenſu iri*, *debitu iri*, *redditu iri*, *datu iri*, *reſtitutu iri*, pro eo quod in vſu elegantium virorum eſt, *defenſum, debitum, redditum, datum, reſtitutum iri.* Adi Ant. Auguſtin. lib.2. emendat. cap.2.

v.17. *Fruticibus imis*] V. C. *fructicibus*, ſic ſemper in manuſ. reperitur.

v.23. *Decepto ſeni ſubſiſtite*] Beroald. *decrepito ſen i. Non negabis verius eſſe*, defecto, vt inf. *defectam valetudinem.* lib.1. *defectum iam in certa verborum ſalebra balbutire.* lib.4. *& via ſpatio defectus.* lib.6. *defectum prorſus aſſiduis laboribus ſpes incitabat & votum* & ſæpè alibi apud Petron. quoque *lucerna humore defecta.*

v.26. *Dum forte paſſerem incantantem ſepicula*] manuſcrip. *paſſerem incantarem*, forta ſſean, *incantacem.*

P.211.v.15. *Vbi ceptum facinus*] Editio. veteres, *mihi ceptum fac.* Colu. *mihi compertum facinus.* Colu. *vbi ſpectum fac.* forte intelligendum, ceptum, id eſt perceptum, cognitum, intellectum, vel acceptum. vt, *accepto tali ſermone*, paullo infra. & ſupra lib.1. in princ. *Quis ille, paucis accipe.* &, *iſto accepto.* Virgil. lib.2. *Accipe nunc Danaum inſidias.*

v.16. *Narrare cupido*] vulgo, *cupio.* Auſim legere, *cupitio.* vt ſup. lib.4. *ſitim leuitio.*

v.24. *Laqueum ſibi nectit*] volebam, *plectit.* Sed hoc ipſo lib. extr. *mortem ſibi nexu laquei comparabat.*

v.35. *Penitus inhærentes*] Quid ſi, *inarantes?*

v.36. *Viſceribus adeſis*] Membranæ, *abeſis.* Quid ſi, *ambeſis.* Sed *obeſis* præoptareme fateor. vide Agellium lib.19. cap.7.

v.40. *In ſummo luctu*] Mihi certiſſime reponendum videtur, *in ſummo lucu*, eadem ratione, qua *primo lucū*, apud Plautum, Terentium, alios.

P.212.v.5. *Quo vendi cariores videremur*] al. *vendibiliores.* forte, *venditariores*, à venditario, quo vſus Plaut. Stycho, Ac.11. Sc.1. v.103. *Præterque linguam vnam etiam venditariam*, quæ vendere cupit. Super

quo

quo Plauti loco, cum forte inſpicerem poſtea Commẽtarium Friderici Taubmanni, magnæ mihi voluptati fuit eius iudicio intelligere hanc ipſam lectionẽ multo placuiſſe ante *M. Schickradio*, in Epiſtola Critica ad Apuleium, itaque nos hic quidem congruere.

v. 11. *Manum cuiuſdam fœtore ſordentem*] Manuſ. *fectore in.* forte, *fœtore nimio*, vel, *foetore inſordentem*, vt de vocula *in* ſupra noto.

v. 18. *Et colore deformem*] *dolore def.*

v. 22. *Sedilla fortuna mea ſæuiſſima*] *Scæuiſſima*, puto.

v. 37. *Si ciuem Romanum*] Manuſ. *ſed ciuem*. Scriptum fuit *ſei*, inde, *ſet*.

P. 113. v. 4. *Mediis eius feminibus*] Manuſ. *feminis*. recte, media feminis, τὰ μέζεα, quamquam lib. 10. *titione candenti inter media femina detruſo*.

v. 9. *Et ſanctus Sabadius*] Colu. *Sabazius*, è Suida. meminit & Cicero 2. de legib.

v. 24. *ſeruum vobis en ecce pulcellũ mercatus perduxi*] al. *mercato*, lego, *mercatu perduxi*. Serenus opuſc. *Ad mercatum eo villice, ecquid vis inde vehi, aut agi?* apud Non.

P. 114. v. 11. *Incitante tibia cantu lymphaticum tripudium*] Sic recte Colu. cum alias eſſet, *incitantes*. Iuuat Iuuenal. Sat. 6.

Nota bonæ ſecreta Deæ, cum tibia lumbos
Incitat.

Et Perſius

—*cum carmina lumbum Intrant.*

v. 15. *Diuque capite demiſſo*] manuſc. *dimiſſo*. forte, *dique capite miſſo*, vt ſupra, *dique graſſati*, per figuram Tmeſim, cuius alia exempla apud Apuleium occur-

ſunt. Et inſigne vnum in mentem venit, quod apud Vlpianum Iuriſconſultum legitur l.12.§.*ſi mulier*.D. *de iure dot. ſiquidem circum in hoc venta*, pro, in hoc circumuenta. Arnob.lib.7. aduerſ.gen. *verum bellicas res amat, interq; eſſe deſiderat pugnis*.

verſ.25.*Semetipſum inceſſere atque criminari*] libri membranacei *incenſere*. idque germanum pro cenſere, notare quaſi cenſoria nota.

v.30. *Et multiiugis talis ouium*] Dubius ſententiæ ſum ſitne legendum, *ouinis*, vt infra, *pecuinis*. Manuſ. huc ducit, in quo legitur, *tuli omnia teſſeratum*. al. *talis obuina teſſeratum*.

v.37. *Sic illa ſanguinem conſpiceret aſininum*] Beroaldus *concupiſceret*. Auet animus legere, *conſuiret*.

P.215.v.21. *Sed inopportuno plane tempore*] MS. *ſi importuno*. error idem qui ſupra, *ſet*, inde pro *ſei* acceptum, & hinc, *ſi*.

v.28. *vicinos vndique partientes*] Lipſius in Epiſtolicis quæſtio. eleganter, *arcientes*. MS *parcientes* vnde coniectabam, *percientes*. quod & Scioppius è manuſ. laudat.

ver.36. *Cunctis ſtrumentis me renudatum*] vulgo, *ſtramentis*, quam lectionem cum Coluio retinendam potius, quam temere reijciendam exiſtimo, ϛρώματα Græcè.

P.216.v.5. *Plenis gladiis minantes*] vulgo, *planis glad.* forte id intelligendum eſt, vt nos dicimus, *metten platten ſlaen*.

v.20. *Et vtcunque metuens*] vltraque, MS. legerim, *vltra quàm*.

AD L.

AD L. APVLEII METAMORPHOSEON LIB. IX.

P.217.v.22. *Hic aſtulo commento*] MS. *hoc aſtulo.* Coluius, *hoc aſtutulo*, vel, *aſtuto.* Corrigebam, *hoc catulo. Cata dicta* acuta dicta apud Varron. VI. de ling. lat. Sed placet Coluii coniectura, mox hoc lib. *mulier callida & ad huiuſmodi flagitia peraſtutula.*

P.218.v.1. *Quæ res omnium ſtatim percuſſit animos*] Ter. And. *Percuſſit illico animum.*

Mobili ac trepida facie] MS. *nobili*, forte *nubili.*

v.18. *At hunccine miſerum iſtum aſinum*] MS. *Ad hunccin.* Vnde Coluius, *adhuccine*, bene.

P.219.v.6. *Fabriles operas præbendo*] *prabendens.* Manuſ. lego *prahibens.* Plaut. Mercat. in fine: *Si quis prohibuerit, plus perdet polam, quam ſi prahibuerit palam.*

P.220. v.12. *Belliſſimus ille puſio*] *viliſſimus* MS. Num *vinuliſſimus*? quærit Coluius, vulgata recta eſt. Plautus ead. fab. *Illam eſſe amicam tuam viri belliſſimi.*

v.22. *Sorte vnica caſulis pluribus enotata*] Coluius, *ſorte vnica pro caſibus pluribus enotata.* Notat tamen Beroaldus in quibuſdam eſſe, *capſulis* quod fortaſſe nec contemnendum. Cicero 2. de diuinat. *In eo loco, vbi nunc fortunæ ſita eſt ædes, mel ex olea fluxiſſe dicunt, aruſpiceſque dixiſſe, ſumma nobilitate illas ſortes futuras, eorumque iuſſu ex illa olea arcam eſſe factam, eaque conditas ſortes, quæ hodie fortunæ monitu tolluntur.*

v.35. *Additā victoriam forti præſagio*] *addictā ſortis*

præſagio, recte emendabat Steubechius, vt & paullo poſt, pro *noxios religionis antiſtites* legit idem, *innoxios*.

Pag.221. v.24. *His & aliis ſimilibus affaniis fruſtra blatteratis*] Ita hunc locum ſe emendaſſe Colvius ait veteris ſcripturæ ductum ſecutus, quæ erat: *His & aliis ſimilibus affaniis fruſtra ablateratis*, al. *ablatratis*. vnde coniectem legendum, *oblateratis*. Aurel. Prudentius περὶ στεφάνων

——cum verbis carens

Nil in Deorum oblacterare dedecus.

c literam adhibens, vel quia ſic legi quidam volunt, vel fortaſſe metri cauſa.

P.222.v.21. *Et refectione virium vehementer indigus*] Manuſc. *indignus*, & ita aliquot vulgati. Reformo leuiter, *indiguus*.

v.39. *Pectora copulæ ſpartea tritura continua exulcerati*] *tectura* MS. vnde forte *tertura*, vt *termentum* apud Plaut. Bacchid, pro eo quod nunc dicitur *detrimentum*, teſte Feſto.

P.223.v.3. *Ad vltima ſalutis iam detrux*] hanc dictionem Colvius putat nouam eſſe, & hic reponendam. Ego autem ſcio manuſcriptum eius loco *ſ.* habere frequenter *x.* vt ſupra, *laxiuientes*, & lib.1. pro *eſurientem mei*, *exurientem me*. Iterum lib.8. pro *eſurientem*, *exurientẽ*, & lib.10. pro, *eſurienter*, *exurienter*, hoc & hic accidiſſe puto, vt *detruxus*, ſcriptum fuerit.

v.21. *Sana, virioſa, ebria*] Manuſc. *iniurioſa*, forte, *inuiroſa*.

v.30. *Nam & antelucio recubans adhuc*] *recubans & adhuc*, MS. mihi probatur *exadhuc*.

P.224.v.1.*Et adulterorum internuncia*] forte *adulteriorum*.

verſ.14. *Tuos volentes amplexus*] *volentis* lib. Beroaldi.

v.37. *Et famem comminatus*] MS. *de famem*, forte *defamem*, id eſt, infamem, aut verius, *de fame*, mortem omnium miſerrimam.

v.39. *Per omnia diuina numina*] Poſtrema vox mihi quidem purum putum gloſſema.

v.40. *Summo pauore perculſum*] *percuſum* MS. vnde Coluius *percuſſum*. Corrigo, *perfuſum*, vt lib. 1. *inſperato gaudio perfuſus*, & *non ſanguine ſed lotio perfuſus*, & lib. 2. *rubore ſuffuſus*, vt Petron. *perfuſus rubore.*

P.226.v.2. *Et magnis ſuis laboribus*] lego, *exmagnis*.

v.3. *Lætitia percitus*] Membranæ, *lætitiam paratus*, al. *paracitus*. Legebam, *lætitia mancipatus*, ſed amplius deliberandum cenſeo.

v.23. *Quo iam pro limine liberato*] MS. *qui iam pro limine*. Puto γνήσιον auctoris eſſe, *Qui iam prolumine vibrato*, vt *prolumen* ſit lucifer.

Forum verſus detrahi] Scriptura vetus *uſo*. Tentabam, *forinſecus*, vt infra, *forinſecus abijcit.*

v.29. *Puer admodum & adhuc*] forte, vt ſupra, *exadhuc*.

v.30. *Adhuc adulteros ipſe delectans*] MS. *& adhuc*, & hic ita forte bene.

v.32. *Primum antecurſoriam potionem*] vulgati vett. *accurſoriam*. Manuſc. *poſt occurſoriam potionem*. forte vt *occurſoria potio* ſit, quæ ab occurrentibus & excipientibus præbebatur vt *aduentoria cœna* apud

Martialem. Coluius tamen vulgatam explicat.

v.35. *Crurum eius fragium*] ſ. *crurum ei fragium*, per Tmeſim, de qua ſupra.

P.228.v.11. *Quæ ſemper ſecundo rumore glorioſa*] *viſore* MS. ſed *rumore*, germaniſſimum arbitror. Virgil.8.Æneid. *Ergo iter incœptum celerant rumore ſecundo.* Horat.lib.1.Sat.10. *Quæ vos ad cœlum effertis rumore ſecundo.* Sueuius poeta vetus apud Macrobiũ lib.6. *Redeunt referuntque petita rumore ſecundo.* & alia exempla apud Nonium. Econtra *aduerſo rumore* dixit Sueton.in Tito, Veſpaſiano cap.6.

v.14. *Furtiuos amplexus*] Priſca ſcriptura, *furtunatos, ampl.* facio ego, *furtiuatos*, vel *furatrinos.*

P.230.v.7. *Alterorſus diſcluſa*] MS. *diſcola*. al. *diſcuſſa*. legerim *diſcloſa*, a *clodo*.

P.232.v.7. *Continuo diſcrutiabar frigore*] vet. edit. addita copula, *& continuo*, non male ſcripſeris, *excontinuo.*

v.32. *velut ouum parere geſtiens perſonabat*] MS. *iperabat*, lego, *pipilabat*, aut *pipabat.*

P.233.v.9. *vt igni copioſe ſubdito*] nec male MS. *ſubito*, à ſubeundo.

v.41. *Parui ſi pendere tot mediatorum præſentiam*] MS. *meditatum*. al. *meditatorum*. Quid ſi, *metatorum?* vel, *metitorum*, id eſt, menſorum. Vlpian.lib.8.D. finium regund. *Ad officium de finibus cognoſcentis pertinet menſores mittere, & per eos dirimere ipſam finium quæſtionem.* Vide & l.3.C.eod.tit. Et Tertullian.lib.1. aduerſus Marcionem.

P.234.v.11. *Denique vicinum illum auriculis per ſuos ſeruos ſublatum*] Manuſcrip. *auinculis*. Nihili lectio, puto ſcrib. *maniculis*, à manica vinculo. Plaut.

Captiu.

Captiui. *Inijcite huic actutum manicas.* Et Moſtel. Ac. 5. Sc. 1. *manicas celeriter connectite.*

verſ. 2. *Statimque proiectum iri*] Scribo, *ſtratumque.*

verſ. 19. *Nec fugientibus ſaltem compeſcunt*] Colvius accipit pro *compercunt* ἀρχαϊκῶς. ſ. pro r. Ego acceperim τὸ *compeſcunt* παθητικῶς, id eſt, compeſcuntur, aut ſuſtinent, & *fugientibus*, abſolute.

Pag. 236. v. 30. *Prauentus vulneribus*] forte *cruentus.*

P. 237. v. 1. *Nutabundus tamen*] MS. *mirabundus*, facio *mœrebundus.*

Hortulanus deorſus in ipſa tabernacula direxit in quamdam ciſtulam] Scipio Gentilis doctiſſimo commentario ſuo in huius auctoris Apologiam, hunc locum ſic legebat: *Hortulanus detorſus in ipſam tabernam clam direpſit*, &c.

AD L. APVLEII METAMORPHOSEON LIB. X.

Pag. 238. verſ. 30. *Atque ob id conſequenter pietate modeſtiaque præcipuum*] Manuſcrip. *ſequenter pietate & modeſtia*, legendum contenderim, *pietate ex modeſta.*

v. 39. *Quamdiu primis elementis Cupido*] *alimentis*, Colu. Ego *elementis*, retineam, vt mox, *ne de paruis indignationis elementis.*

verſ. 40. *Facile ruborem tenuem deprimens*] Manuſcrip. *facili ruborem tenuem deprimens ſilentio*, ego lego, *infacili.*

P.139.v.3. *Vulnus animi mentitur in corporis valetudine*] *corporis inualetudine*, legebat Steubechius. vulgatam Tmeſis figura tueri poteſt, vt iam ante aliquoties.

verſ.37. *Nam quod nemo nouit, pane non fit*] MS. *Namque nemo nouit, pane non infit*] vnde fortaſſe *pane infit* id eſt, non fit, aut *nævum fit*.

P.140 v.11. *Modo iſtud, modo illud cauſa faciens*] forte *cauſificans*, vt infra, *atque inconcinne cauſificantes*.

v.14. *Nefarium amorem ad longe deterius tranſtuliſſet odium*] Solent libidinoſæ mulieres, quorum amores ipſæ vltro appetiuerunt, ſi ab iis contemni ac repudiari ſe videant, illico illos calumniari, & peſſimis habere modis. Exempla aliqua commemorat M.Ant.Muret.var.lect.lib.1.cap.12.

Et in pace placida] *placita* manuſ. *Placida pax*, Virgilio 1. & 8. Æneid. *placidiſſima* Ciceroni Tuſcul.5.

Rurſum præconis vocatu] Manuſ. *pr. precatu*. forte, *procalatu*. Feſtus, *procalato, prouocato*. Et, *Calatores dicebantur ἀπὸ τοῦ καλεῖν quod eſt vocare, quia ſemper vocari poſſent, ob neceſſitatem ſeruitutis. Præconis boatu* dixit ſupra lib.3. vide & Macrob.Satur. lib.1.capite 15. *Rauci voce præconis*, Sidon Apol. lib.1. Epiſtola 3.

P.141.v.34. *Tunc demum clamatus*] f. *calatus*.

Inducitur etiam reus] *Nec enim reus prohibendus, quo minus cuncta proferat, quibus innocentia eius ſubleuari poſſit*, vt eſt apud Cornel. Tac. 2. Annal.

v.36. *Neque principia dicere, neque miſerationem commouere*] quod apud Areopagitas vetitum quoque fuiſſe teſtatur Iulius Pollux lib.8.

P.142.

P.242.v.3. *Nec ſuſpicionibus tantam coniecturam permitti placuit*] quippe *indignum facinus eſſe, ſine teſtibus coniecturam & ſuſpicionem firmamenti ſatis habere*, ſcribit auctor ad Heren.lib.2.

v.6. *Vel fortuna tam magni iudicii*] forte *vel forma*, M.Tul.pro Milone: *noui iudicii noua forma terret oculos*. Ipſe iudicis & fori conſpectus quandam maieſtatem præ ſe fert, vt non eodem modo rei illum ferant, quo alium locum & conſeſſum, quod iudicat idem M. Tul. orat. pro Cœlio. Vulgatam tamen lectionem non damno. Quinctil.decla.371. *At enim dubia eſt iudicij fortuna, ſed nobis non timenda*.

v.7. *Vel conferta conſpectu curia*] MS. *velle conferre*. vnde faciebam, *vel econferta*. vt ſupra, *edeformis*.

Aliquod moliri flagitium] Manuſ. *muniri*, lego *iniri*.

Pag.243.v.33. *Verens ne ſi daturum me negaſſem*] vetus lectio, *veteres*, verior, *veritus*, meo quidem animo.

P.244.v.4. *Morte prauentus eſt*] Magis placeat legi, *prauerſus eſt*.

v.20. *famoſa atque fabuloſa fortuna*] *fauoſa* Cod. ſcr. forte *fauoſa & felloſa*, aptum fortunæ elogium, quæ cum nimia mellis dulcedine diutinam fellis amaritudinem commiſcere amat.

Eſurienter exhibitas] Manuſ. *exurienter*.

Mulſo & multo contempera] lego, *exmulto*.

P.247.v.25. *Quinquennali magiſtratui fuerat deſtinatus*] Intelligit Ædiles quinquennales.

P.248.v.16. *Depacta eſt*] MS. *deprecata eſt. depecta eſt*, Coluius, *aepreciata*, legendum iudico, Vide notata ad Apol.1.

v.35.*Non qualia in lupanari ſolent*] ſcriptus codex *lupanaria*. Non diſplicebat mihi *lupanario*.

P.249.v.4.*Et vnguento fragrantiſſimo*] Mirrhino. Suttius, *Mirrhinum mihi adfer, quo virilibus armis occurſem fortiuſcula.*

Pag.249.verſ.38.*Protinus quod eſſet editum necaretur*] Mandauit hoc ipſum Soſtratæ vxori ſuæ Cremes Terentianus Heautontimor. Lyctis Ouidianus Metamorphoſi. Vide ſuper hac re diſſertatiunculam Iuſti Lipſii cent.1. Epiſt.85.

v.40.*Pietate præuenta*] lego, *præuerſa*.

P.250.v.21. *Annulo mariti ſurrepto rus profecta*] MS. *reus profecta*, verior lectio, *rus eo profecto*, clarum ex ſequentibus.

P.254.v.15. *Caſſides aratæ*] vulgo *orbatæ*. al. *batæ*. Ego lego, *iubatæ*, ſcriptũ fuerat, *Iobatæ* vel potius *orbitæ* vt apud Varron. *motus orbitus* apud Non. alii legunt *obbatæ*.

Pag.255.verſ.15.*Et originalem ſententiam*] Quid ſi, *virginalem*?

P.256.v.1. *Terræ vorago decepit*] alii, *decerpit*, forte *decipit*, vel, *depreſſit*, vel *deperdit*, vel *cœperit*. Nihil tamen horum adfirmo, viderint quibus abunde & ingenii & otii & verborum eſt.

AD L. APVLEII METAMORPHOSEON LIB. XI.

P.257.v.32. *Præclariſque nunc veneraris delubris Epheſi*] *veneraris*, παθητικῶς.

v.36. *Et nudis ignibus nutriens lætã ſemina*] Beroald. in quibuſ. lib. legiſſe ait, *vdis*. pro quo tamen *vuidis*, mavult Io. Iſacius Pontanus.

Pagina 258.verſ.10. *Eius mirandam ſpeciem*] Vir clariſſ.

clarſſimus, *qui mirandam*, lego, *quam mirandam*.

v.35. *Tergeminos iactus*] f. *ictus*.

v.39. *Palmæ victricis foliis intexta*] ſupra lib.11. *pedeſque palmeis baxeis indutum*. Vidimus & nos eiuſmodi ſoleas ex Chinenſibus aduectas apud clariſſimum mihiq; amiciſſimum Abrahamum Ortelium, ob inſignem in re Geographica publico bono nauatam operam & induſtriam nemini paullum modò humaniori ignotum.

P.259.v.14. *Æthiopes, Ariique*] Manuſ. *omnes*, exiſtimo legendum, *Æthiopes vtrique*. vt ſupra lib.1. ſed non plane aſſeuero.

verſ.15. *Prorſus propriis*] *Prorſus*, abeſt ab aliis, & iamprimum ex Cod. manuſ. addidit Coluius, forte ſcriptum, *propriis propitiis* vt illud alterum ſit gloſſema. Vide notata ad lib.5. ſi tamen tanti.

verſ.22. *Nauigabili iam pelago*] Diem anni quo nauigationem auſpicabantur, feriis celebratum à multis, ex hoc loco obſeruauit Adr. Turnebus Aduerſar. libro 18, capite 24. & lib. 24. capite 34. adhibito Vegetio libro 4. capit. 39. claudebantur autem maria (teſte eod. Vegetio) *ex die tertio Iduum Nouembris vſque in diem ſextum Iduum Martiarum*: longe profecto atque hodie aliter: cum ſit locus intra Oceanum iam nullus, neque tam longinquus, neque tam reconditus, quo non per hæc tempora noſtrorum hominum audacia, & indefeſſus labor, nulla etiam temporis habita ratione, peruadat. Ita eſt illis quædam cum diſcriminibus pelagi non notitia ſolum, ſed familiaritas. In Calendario ruſtico feſtum legitur menſis Martii, quod *Iſidis nauigium* appellatur, quod innuit APVLEIVS, cum ait, *rudem dedicantes*

carinam, id quot annis muneribus largis onuſtum ventis ferentibus pelago committi ſolet.

P. 260. v. 31. *Vocibus cuiuſque*] Colu. *omnibus cuiuſque*. f. *votitis*, vel etiam, *votiuis*.

Pag. 261. v. 20. *Modulis dulciſſimis perſonabant*] Manuſc. *perſonabata*. Reſcribendum, niſi animi fallor, *perſonitabant*.

P. 261. v. 26. *Fundo quam rotundo*] ſcribit vt ſupra ex emendatione mea *fundo vltra quam rot.*

Et huiuſcemodi ſupplicijs] lego, *cuiuſcemodi*, vt alibi, hoc ipſo lib. *pecua etiam cuiuſcemodi*, pro quo vulgo, *huiuſcemodi*.

P. 265. v 34. *Diuinum reducemque ab inferis conſpectum*] Quidam, *diutinum*, alii *diurnum*. Manuſc. *durinum*. Mihi accuratius ſententiam expendenti placet, *rediuiuum*, quam veram eſſe lectionem cum quouis mortalium pignus auſim dare. Lucem hæc capient ab iis, quæ adfert Ioſeph. Scalig. ad feſt. actio. *Poſtliminium*.

P. 266. v. 4. *Viſu dea monituque ieiuna*] Manuſc. *ei vna*, fortaſſean, *vana*, aut *vacua*, vtrum mauis, elige locum non interduim.

v. 7. *Religioſa formidine renitebar*] Manuſc. *recreabar*, forte, *refragabar*.

v. 10. *Eſſe muniendam*] Baſ. *veniendam*. Manuſc. *metuendam*, lego *moenendam*, vetuſte. Nam veteres pleraque eorum, quæ nos per *u* dicimus, per *œ* dipthongum pronunciabant. Hinc Virgil. lib. 10.

—— *atque ipſis prælia miſcent Aggeribus moerorum*, pro *murorum*, vt ibi notabat Seruius. Plaut. Bacchidibus: *Pergamum diuina moenitum manu.* Apud M. Tull. de legib. *coera* pro, *cura*, *oeſus*, pro, *vſus*.

v. 21. *Et in euentum proſperiorem attonitus*] forte

attentus,

attentus, quod & Scioppio placuiſſe video. Sed & lib.1. *in ſtuporem attonitus*. Et hoc ipſo lib.xi. *in aſpectum meum attonitus*, niſi & ibi fortaſſe rectius, *attentus*, putes vt lib.10. *partim voluptario ſpectaculo attonita*. Coluius ex Ald. repoſuit, *attenta*. Liuius lib.4. Annal. *Qui poſtquam intentos homines in euentum alieni periculi pro ſe incautos neglectis vigiliis ſtationibuſque eſt adortus.*

v.23. *Dum velis candentibus*] vere emendatum Lipſio à fide libri ſui ſcripti, cũ vulgo legeretur, *valuis*: quem vide optime hæc explicantem libro *2.* elect. cap. 18. à quo Coluium ſua pleraque hauſiſſe crediderim.

v.32. *Nota dorſualis agitatione*] vulgo *cognitione*, vnde ex *agitatione*, fecerim, *agnitione*, vt & in Manuſcrip. legi ex eodem Scioppio poſtea didici.

v.33. *Quod præter congruentiam lucroſæ pollicitationis*] *lucroſque*. MS. Notat Nonius apud Plaut. *lucrum* maſculino genere dictum. Perſa: *Nunc ea narrabo, vnde tu pergrandem lucrum facias*, vt & *corius* Pœnulo: *Heri in tergo meo tris facile corios contriuiſti bubulos*. Sic apud noſtrum, *lorus* lib.3. *Et cum dicto lorum quempiam ſinu ſuo depromit.*

v.40. *Vt me noctis ſocietate*] *opacitate*, fuiſſe ab auctore ſcriptum aliquis ſuſpicari poſſet.

P.267. v.19. *Quis tamen tuto poſſint*] V.L. *poſt ſunt*. vnde genuinam lectionem puto, *poteſſunt*. de qua voce adeundus Lipſius lib. 1. var. cap. *14.*

v.20. *Numen dea ſoleat eligere*] Ita recte Beroaldus cum in aliis ſit, *elicere*. Notatus à me in Plinio ſimilis error lib.10. epiſt.30. vbi in vulgatis eſt, *elice igitur id quod præcipue res ipſa ſuaſerit, elige*, repoſui. Tu elige vtrumuis, mi lector.

v.17. *Nec impatientia corrumpebatur obſequium meum*] *impatientia* Colu. bene & docte. Inſolitum huic æuo verbum, ſed vetus, & à Lipſio lib. 1. Elector.cap.7.reſtitutum Agellio lib.1. noct.At.cap.13. *dedignationem pariendi* dixit Plinius Panegyrico.

Pag.268.v.29.*Turba ſacrorum ritu vetuſto*] lego, *turbæ ſacratorum ritu vetuſto.* Alii diſtinguunt, *turbæ ſacrorum, ritu vetuſto.*

P.269.v.12. *Et ientaculum religioſum*] De ientaculis Deorum Plaut. Curcul. *Me inferre Veneri voui iam ientaculum.* P A. *Quid antepones Veneri à ientaculo.*

P.270.v.37. *Ac magni Dei*] MS. *ad.* lege *at.*

P.272.v.6. *Exercitius cogitabam*] al. *exercitus*, illud mavult Coluius, nos, *exercituis*, vt *exerte* dixit Tertul.lib.2.ad vxorem in princ. *exerte iubet*, & noſter lib.1. de aſ. *exerte clamitans.*

P.273.v.5. *Et ſub illis Sullæ temporibus conditi*] forte, *ipſis.*

AD L. APVLEII APOLOGIAM.

v.33. *Obtigit purgandæ*] *purgandum*, membranæ. f. *purgandi.*

Etiam aduerſus te contumaciter] Codex ſcriptus, *contumacie*, f. *contumacibus.*

P.274.v.24. *Si quippiam veri in me exploraſſet*] *vari* Baſil.1. quod probo. id eſt praui.

Deprehenſa haberi] f. *depenſa.* vidit Caſaubon.

P.276.v.5. *Vt Plato autumat*] *Et Plato* Colu. Ego, *& Platonem autumant.*

P.278.v.5. *Communi aqua perluat*] id eſt, ſpurca. vt apud Tertullian.

v.7. *In*

verſ.7. *In fœtutinis & olenticeris ſuis iaceat.*] Douza mavult, *fœtudinis*, quod ego confirmem auctoritate Claudiani Mamerci lib. 2. de ſtatu animæ capite 9. *Cernas hinc alios ſitu fœtudinarum turpium ex olenticeris ſuis ac tenebris cloacam ventris & oris inhalare ſentinam.* ita enim eum locum emendans lego, cum vulgo legatur, *exolenti cæcis ſuis* &c, *inalare.* Vulgatam tamen APVLEI lectionem Nonius tuetur.

v.16. *Multæ arundines dentibus implectuntur*] παθητικῶς.

v.18. *Vna ex auibus fluuialibus amica auis*] *auibus*, gloſſematium puto.

v.28. *Et nomine erratis*] Rectius, *& nonne erratis.*

v.30. *Et Lacedæmonius & Ceus*] *Cous*, lego.

v.41. *Stoicæ ſectæ conditoris. Id genus plurima*] Quid ſi legamus, *conditoris, & id genus plurima.* *Recitem denuo.*

P.279. v.11. *Lux hæc optata canatur*] Rectius, niſi quid iudicans fallor, *exoptata.*

v.40. *Niſi amoris elegia*] f. *elegidia.*

P.281. v 17. *Incomptum & ſerium*] mihi magis placet ſcriptura Baſil. Cod. *incomitum.*

v.18. *Pulchritudine honeſtatis virtutis amatoribus*] lego, *honeſtatis & virtutis.*

v.25. *Amabit ſapiens, cupient ceteri*] Nonius Marcellus: *Cupido & amor idem ſignificare videntur, & eſt diuerſitas. Cupido enim inconſiderata eſt neceſſitatis, amor iudicii. Afran. homines amabit ſapiens, cupient ceteri.*

v.29. *Contra ſententiam Neoptolemi Enniani*] eſt apud Cicero, Tuſ. II.

P.283. v.24. *Nã, vt ait Epicurus, profecta à nobis ima-*

neu] Hunc Epicuri locum ab Apuleio mutuatus videtur Macrob. lib.7. Satur.cap.14. Appuleius autem ſua illa è Lucretio adumbrauit lib.4.

v.29. *Mixti atque muniti*] *inuniti* malim, vt ſæpe in Aſino.

P.184.v.3. *Vti arquus in nubibus, varie duo ſoles*] lego, *nubibus varia, duo ſoles.*

verſ.17. *Quod non ſum iurgioſus*] *curioſus*, diuinat Coluius, nihil equidem muto, *hominem minime litigioſum* legas apud Cic. Verr 4.

Tot adoreis longe incluto] Vide Feſtum & Scaligerum.

P.285.v.15. *Quoniam ad villam publicam venerat*] *quom iam.* Steubechius, laudatque Caſaubon. nihil minus. Quoniam ſignificat nō ſolum id quod *quia*, ſed etiam id quod *poſtquam*, teſte Feſto.

v.18. *Quippe hæc & alia flagitia diuitiarum alumni ſunt*] MS. Cod. & ed. Baſil. pro *ſunt*, habent, *ſolent*. Et recte. Vtitur ea voce Plaut. aliquoties in eadē ſignificatione.

v.34. *Priſca apud ſecula*] Terent. Enucho: *aput ſeclum prius.*

v.41. *Simpulo & calmo fictili ſacrificat*] De ſimpulo ſiue, vt alii malunt, ſimpuuio, accurate vt erat rerum literarumque veterum apprime doctus Philippus Rubenius, meus, vtinam non olim, affinis, & collega, lib.2. Elector. cap.8. ille inquam, quem dum vixit, inter prima Belgii ingenia merito cenſuit Iuſtus Lipſius, omni ſemper cum honore mihi nominandus.

P.286.v.2. *Cn. Scipio, Marcus Curius*] De his eadem hæc Seneca conſol. ad Heluiam matrem cap.12. quem

quem opere erit videre, & quæ ad eum notabat Iuſtus Lipſius accurate,vt omnia,& erudite.

v.17.*Tamque diutina militia*]*cum omnem apparatum caſtrenſis diſciplina ſubmoueat.* Seneca loco proxime citato.

v.28.*Qui nullo ſtrepitu*] Seneca Tragicus Thyeſte,

Sic cum tranſierint mei
Nullo cum ſtrepitu dies
Plebeius moriar ſenex.

P.287.v.1.*Anteparta vti augeat*] Sic Plaut.Trucul.Ac.1.Sc.1.*vnde anteparta demus poſt partoribus.*

v.4.*Non habuit tantam rem familia Philus*] lego, *rem familiarem*,cum Baſ.ed. Et ſi quis pro *Philus*,*philoſophus*, facile illi adſentio. Nam & hic ipſe locus eam lectionem requirere videtur.

P.288.v.32. *Quod eſt vicies, paullo ſecus*] vt lib.3. Florid. in princ. *Exemplum eius rei paullo ſecus quam ſimillimum commemorabo.*

P.289. v.41. *Peram & baculum, ob auctoritatem*] f. *auſteritatem.*

Quod ſibi videbatur] viſum eſſe dicitur,cuius ratio non apparet. Seruius in Virgil.3.Æneid.

P.293.v.8.*Adpiſcem capiundum*] A manu proculdubio hæc gloſſographi.

ver.40. *Sed hamis inuncanda*] Ita Coluins adhibet. Sidon. Apol.lib.7.epiſt.10. Ego Columel.lib.3. cap.3. *Lana quanto prolixior in pecore, tanto magis obnoxia rubis, quibus velut hamis inuncata à paſcentium tergoribus auellitur.* Lucil.lib.15. *aut qui nummos triſtis inuncat.* Nonius: *Inuncare quaſi vnco inuadere & arripere.* *Quæſtuum aduncatores* Cypriano de ieiunio & tentatione.

P.295.v.7. *Mercurius carminum vector*] *animarum* legunt Fuluius & Ioan. à Wovveren. *Manium* Scioppius. Vtrumque probum.

v.19. *Omnia ad nequiorem ſuſpicionem trahuntur*] ſ. *ſequiorem*.

P.297.v.3. *Teſtam hebetem*] vulgo, *habĕtem* Stevvech. *biantem*, vtrique præferam, *albentem*.

v.5. *Et oſtrea Pergami vermiculata*] ſ. *oſtreorum terga vermi*.

Plautus Pœnulo *Ac*.1.Sc.2.

Itaque iam quaſi oſtreatum tergum vlceribus geſtito.

verſ.11. *Spuria & faſcina*] Spurium muliebre pudendum notatur Plutarcho.

v.19. *Quorumdum adhuc neſcius eſſe nolui*] Sic Celſus Iuriſconſult. l.18. D. de acq. poſ. *Poſſidere me certum eſt, quamquam id nemodum attigerit*.

Pag.298. verſ.22. *Feminæ ſubent, mares ſuriant*] Arnobius lib.1. in princ. *Animalia terris ſueta, atque in aquis degentia non eſuriunt nec concipiunt*, vbi *eſuriunt* pro *ſuriunt*, Græcis ὀργᾶν. Longus Sophiſta venuſtiſſimus ſcriptor ποιμενικῶν libro 3. de Daphnide & Chloe: πίθεται Δάφνις καὶ συγκατακλινεὶς αὐτῇ πολὺν χρόνον ἔκειτο, καὶ οὐδὲν ὧν ἕνεκα ὤργα ποιεῖν ἐπιστάμενος, ἀνίστησιν αὐτὴν, &c. Quæ ita vertebat Gothofredus ungermannus Lipſienſis inuida nuper morte nobis ubtractus: *Flectitur Daphnis & concumbens cum ea iu iacuit, ceterum nihil quorum cauſſa ſuriebat, agere dcius, erigit ipſam*, &c.

Pag.300.v.33. *Vbi piſces per Deucalionis diluuia ſreperiantur*] Tertullian. de pallio: *Mutauit & totus orbis aliquando aquis omnibus obſitus, adhuc maris concha & buccina peregrinantur in montibus*.

Cum

Cum parte eorum] Neſcio an legendum, *cum partim eorum*. Vide Agel.lib.10.cap.13.

P.304.v.33. *Quaſi quindecimuiri ſacris faciendis creati*] Ironia, vt mox: *vt video vos palaſtritam, non magum accuſatum veniſtis.*

P.306.v.32. *Et cæterum quod dextra auris*] pro, *ceteroqui*, vt ſæpe in Aſino.

Et à vobis ſtat] *Pro illo ſtare* Terent. Phor.

Finge quiduis, reminiſcere, excogita] Colu. legit, *comminiſcere*. Iuvo Plauti loco Aſinar. Ac.1.Sc.1. *Fabricare quiduis, quiduis comminiſcere, perficito*, &c. Ipſe Lucius noſter lib. 4. *Tale conſilium comminiſcimur.*

P.309.v.5. *Tute argue quæ dicis*] L. *qui accuſare.* C *de edendo*, ſacrorum plerique initia in Græcia participant.

Eorum quadam ſigna & monumenta, &c. σύνθημα vocat Clemens Alexandrinus, *ſignum* Arnob.5. ad gen. quo ſacrati & ſymmiſtæ inter ſe noſcebant. Facit huc inſignis locus Minucij felicis, cui cum à gentibus eſſet obiectum, *occultis ſe notis & inſignibus noſcunt*, reſpondet, *Sic nos denique non notaculo corporis, vt putatis, ſed innocentia ac modeſtia ſigno facile dignoſcimus.*

Percenſentibus iis] al. *partim Oeenſium*. vt apud Agel.lib.10.cap.13.

P.311.v.1. *Et fortaſſe nos ob hanc*] legerim, *fortaſſean.*

Diuini contumaciam] τοῦ θείου non bene mutat Colu. in *diuum.*

v.12. *Quod poſt iſta*] vt *poſtilla* dicimus, & *poſtea.* Infra, *neget poſt iſta quæ dixi.*

Gumiæ cuiuſdam] *Gumiæ*, guloſi. ita enim apud Nonium legit Ioſeph. Scaliger Coniectan. in Varron. Et *degumiare* apud Feſt. id eſt deuorare, deguſtare.

Quanquam meo tempore] f. *in eo tempore.*

De die in ganeas correpat] Quod tempeſtivum conuiuium dicitur, de quo Lipſius excurſu ad Corn. Tacit. lib. 12. Annal.

v. 21. *In illo Cauponis nidore*] melius, *caupona*, aut potius, *Cauponii.*

v. 33. *Pro ſtudio bibendi, quo ſolo cenſetur*] frequens locutionis formula optimis paſſim auctoribus: in his Plinio, Agellio, Plinio, Iuvenali, Iuſtino. Sed & Minutius Felix: *Nos igitur*, inquit, *qui moribus & pudore cenſemur.* Tertullian. de velan. virgin. *proprietatem eius vocabuli* [mulieris] *ad ſexum ipſum, non ad gradum ſexus pertinere, quo communiter etiam virgines cenſeantur.* Sidon. Apollin. lib 8. Epiſt. 7. *qui ſuperbiſſime opinantur ſolo ſe cenſu eſſe cenſendos.* Occurrit & apud Iuriſconſultos *iuris peritia cenſeri* Inſtit. *de iure nat. gent. & ciuili.* Et l. vlt. de ſuis & legit. hæred. *nulla iuris auctoritate cenſeri*, & alibi.

P. 312. v. 27. *Ex crapula helluo attentatur*] *heluco* legendum, aliis ante nos animaduerſum, eam vocem apud eund. Tertullianum inuenias *de corona militis: quod hederâ natura ſit caput ab heluco defenſare*, id eſt, grauitatem capitis arcere, quæ nimia vini ingurgitatione creatur. vide Turneb. lib. 21. Aduerſ. cap. 12.

v. 28. *Animaduerti ſatis notabiliter*] Ven. *nobiliter.* Coluius, *nauſeabiliter.* Retineo ego, *notabiliter.* Cyprian. de habitu Virgin. *Ceterum ſi tu te ſumptuoſius comas, vt per publicum notabiliter incedas.* Plinius

lib. 1.

lib.1.epiſt.5 *expalluit notabiliter, quamuis palleat ſemper.*

P.313.v.5.*Cilia turgentia, rictum*] Deeſt forte aliquid.

v.18.*Interceſſoribus & deprecatoribus*] legerim *depreciatoribus.* Sidon. Apollinaris lib.1.Epiſt.VII. *Et pretioſa quaque trapezitarum inuolucra rimari, penſare, depreciare, deuoluere,* &c. Et lib.11.Epiſt.10. *Neque apud te literariam curam turba depreciet imperitorum,* ad quem locum, vide quæ annotauit Ioan. Sauaro, cuius equidem ſcrinia non compilo. Tantum addo B. Ennodii locum lib.3.Epiſt.2. *Apud amantes & honore pollentes beneficiorum effectus in promptu eſt, nec vllas preces, cui præſtandi* [al. *precandi*] *mos eſt, tarditate depreciat.*

v.25. *Quanquam ſunt ſoluta audacia*] al. *ſolita.* forte *ſolida.*

v.29. *Nam quod pinnarum formidines*] Virgil.12. Æneid.

Incluſum veluti ſi quando flumine nactus
Ceruum, aut punicea ſeptum formidine pennæ
Venator curſu canis & latratibus obſtat.

Aut Deus iſte] *vt,* lego.

P.316.v.29. *Minime proſperum matrimonium*] vt apud Plinium lib.10. epiſt.95. *parum felix matrimonium expertus eſt.*

v.35. *Vt videretur ſe merito vltum ire*] Cor. Tacit. 15. Annal. *Spretum Arſacidarum faſtigium ire vltum volens.*

P.318.v.12. *Cum Sicinio Claro*] Hæc mihi quidem pro gloſſemate.

v.20. *Aſſuetudine coniugis*] *diſſuetudine,* lego.

Pag.320.v.19. *Et conuerſum ab re vxoria videbat*]

Auerſum [illegible] Caſaubono lego. Terent. And. *abhorrentem* [illegible] *re uxoria* dixit. Et Hecy. *Cui abhorret animus à nuptiis*. quo ſignificatu apud probos auctores ſæpenumero legi *auerſum*, nemo tam à Muſis auerſus qui negare poſſit. Lipſius tamen vulgatam lectionem ſequitur, nam, inquit, qui ſe auertit, ſe conuertit.

v. 25. *Liberius me ex ea fruiturum*] fortean, *uberius me reualeſcituꝛum*. Sed lego tantum *uberius*, cætera non muto. Plinius lib. 5. Epiſt. 18. ad Macrum: *frueris mari, fontibus.*

P. 321. v. 19. *A conſpecta fide deſciuiſſe*] Colu, *forſitan, à compecta*, bene.

v. 37. *Libidinum ganearumque locus*] Malim, *lacus*, vt pro *inguinum loco, lacu* quoque coniectabamus ad lib. de dogmate Platonis, vti & ad nauim & ad flumen ſæpe alluſum in re obſcena. Sic & natandi verbum in hoc vſurpatum apud Sueton. Domitiano cap. 22.

P. 322. v. 4. *Qui iſtum deperdunt, multi ſunt*] Colvius *depereunt*, non probat Caſaub. mavultque, *qui iſtum di perduint, multa ſunt, qui* non pro vtinam, quod aliàs comicis familiare, ſed pro, quare. Priore tamen ſenſu And. Schottus noſter illis eruditiſſimis ſuis Ciceronianis tentabat, *qui iſtum di perduint, multus honos auribus præfandus.* Si ab hoc triumuiratu diſſentire fas ſit, neſcio an rectius ad auctoris ſenſum, & huiuſce loci ſententiam, quod non-nemini in mentem venit, *qui iſtum depſuerint, multi ſunt.* Præſertim quando in proferendo turpiſſimo genere libidinis honorem Lucius noſter verecundè præfatur, vti facundum quoque monet Marc. Tul. lib. 9. Epiſt. 22. ad famil. vbi hanc ipſam vocem

adhibet.

adhibet. Quam & reſtitutam à Ioſepho Scaligero memini Catulliano carmini in Gellium, cum applauſu Adr. Turneb. lib. 21. aduerſ. cap. XVII. Intelligi & hoc verbum puto, quod non expreſſe Tibullus lib. 4. circa fin. ad Priapum:

Improbus vt ſi quis noſtrum violarit agellum,
Hunc tu ſed taceo. ſcis puto quod ſequitur.

verſ. 31. *Et omnino collurcinationibus dilapidauit*] Claudianus Mamercus ſtudioſus Apulei imitator lib. 2. cap. 9. de ſtatu animæ: *qui ſtipem ſuam variis conlucernationibus delapidauit*, vbi tamen pro *conlucernationibus*, & apud Apul. *collurcinationibus*, Ioannes Sauaro doctiſſimo commentario ſuo in Sidon. Apollinar. lib. 4. Epiſt. 3. *collurchiationibus* reponit, & quæ apud eundem Claud. Mamercum ſequuntur *paraſito more laudari* emendo, *Paraſitico ore.*

v. 38. *Totam domum contumeliis abnuit*] Colvius legit diuinando, *obuoluit*, ſ. *abſoluit.*

P. 313. v. 8. *Nomen potius aſſerens puella*] *afferens* malim.

v. 11. *Quis non diſciplinam matris agnouit?*] Iuvenal. Sat. 14.

—expectas vt non ſit adultera Largia filia? & quæ ſequuntur.

P. 325. v. 19. *Ad expellendum à me crimen magiæ, &c.*] Sic hæc legerim & diſtinxerim: *ad expellendum à me crimen magiæ. ſedulo omiſſa memorabili laude Rufini voce mutauit. Mutauit*, παθητικῶς. vide Agel lib. 18. cap. 12.

Sed ſum ego inſcius] lego, *ſumne.* Plautus Perſa Ac. 1. Sc. 2. *Sed ſumne ego ſtultus, qui rem curo publicam.* Correctio comica.

P.327.v.31.*Tune vltro parentis tua*] f.*vltima*, vt in Aſino lib.3.

v.33.*Infelix vterum tuum*] Plaut. Aulul. Ac.4. Sc. VII. *vterum dolet.*

v.37.*Viuenti & videnti offerentur*] *viuus videnſque pereo*, apud Terent. Eunucho. Lucret. lib.3. *Mortua cui vita eſt prope iam viuo atque videnti* Marc. Tul. pro Quintio, *viuo videntique funus ducitur.* ζῶντι καὶ ὁρῶντι.

P.328.v.23.*Ad quam auſus es*] *Atquin*, Colu. nihil muto.

Pag.329.v.3.*Tabernariis blanditiis ſubagitarem*] Coluius *ſublatrarem.* Mihi non diſplicet hæc lectio, Plautus Ciſtellar.

Subagito blandis & benedicis dictis.

v.5.*Qui epiſtolam Pudentillæ Græcatiorem*] forte *Græcaniorem*, ſed retineo *Græcatiorem*, vtitur eo Tertullian.

v.36.*Mater futura in ipſo materno, ſi nubat*, &c.] forte ita legendum: *mater futura in ipſo materno ſinu, ſi aut in ſegete adulta ſuper fœcundam glebam, vel enim ſub vlmo marita iubet in ipſo gremio terræ matris.*

P.330.v.18.*Decem annos Mezentius*] Æmilianus qui ita dictus.

v.24.*O falſum audax & nimium*] f.*æſtimium*. Feſtus, *æſtimias, æſtimationes.*

P.332.v.16.*Longa dote & molli conditione*] *vncta* Colu. non muto ego.

Dote aucta] *vncta* Colu. Ego nec hic muto.

Concordiæ & pietatis auctor, conciliator, fauiſſor] *fautor* Lipſ. Quid ni, *fautor*? Valer. Max. lib.2. cap.1. *Vt ſi qua inter neceſſarios querela eſſet orta, apud ſacra menſa, & inter hilaritatem animorum fautori-*

bus

bus concordia adhibitis,tolleretur. Apud Petron. Arb. *præſentis concordia auctor*.

P.333.v.36.*Vir bonus, dicendi peritus*] Ita oratorem Cato definiuit. Atqui *Herennius Senecio mirifice Catonis illud de oratore in Regulum è contrario vertit, Orator eſt vir malus dicendi imperitus. Non me Hercule Cato ipſe tam bene verum oratorem, quam hic Regulum expreſſit*, Vt eſt apud Plinium lib.4. Epiſtola 7.

P.334.v.28. *Dum tu Magiæ, maleficii, criminis inſectabere*] alterutrum vacat.

P.336. v.18. *Vix ſingulas ſyllabas fringultientem*] Claud.Mamercus loco ſuperius adhibito: *Interque ructandum quaſdam ſugillatim voculas fringultientem*, malè vulgo *vnculas*, fuitque cum *quaſdam ſugillatiunculas*, inde facerem. Sidon. Apollin. lib.8. epiſt. 9. *Presbyterorum ſane paucis angulatim fringultientibus, porro autem palam ne muſſantibus quidem*.

P.338.v.29. *Mihi quicquam impartires*] malim, *mihi nihil quicquam*.

v.30. *An vt teſtamento, quod irato filio ſcribebat*] ſcribo, *irata*.

AD L. APVLEII FLORIDORVM

LIBRVM PRIMVM.

P.340.v.5.Floridorum hi libri recitati videntur, diſtinctique per dies, &ex variis mixti argumenti: vt Galli dicunt, *du cocq à l'aſne*.

v.10. *Quamquam oppido feſtine*] *Feſtino*, legit Lu-

cas Frutcrius. Infra lib. 4. *Quanquam oppidò feſtinant.*

v.16. *Vel truncus dolamine effigiatus*] Vide P. Pithoeum Aduerſar. ſubſec. lib. 2. cap. 14.

Pag. 341. v. 11. *Hyagnis*] Sic in Epigr. Græco. al. *hiagnis.*

v. 13. *Tam infixa anima ſono*] alias infexa an. ſo. Vnde Lipſ. *flexanima ſono.* Ego, *inflexanimo ſono*, vt in Aſino ſæpe præpoſitio *in* nominibus & verbis addita.

v. 34. *Sed Marſyas*] Scriptus cod. *ſed marſie.* vnde f. *Marſia.* vide Iuvenal. Sat. 9.

P. 342. v. 9. *Circa corporis ſui qualitatem*] MS. intra lego, *contra corporis ſui ſqualitatem.* Nam *circa*, fere ſemper pro *contra* ſcriptum fuit, vt ſupra in aſino, & *ſqualitatem* reperias apud Lucil. lib. 26.

v. 12. *Apollini obiectata*] Idem MS. *obtrectanda.* forte *obtrectata.*

P. 343. v. 8. *Et illis expedire greſſum nequientibus*] Idem, *neque certantibus.* f. *nequitantibus.*

v. 13. *Eſt apud illos gens*] Hæc Solinus ſic expreſſit cap. 53. *Indorum quidam agros exercent, militiam plurimi, merces alii, optimi, ditiſſimiq; Remp. curant, reddunt indicia* &c.

Quam bubulcitare nouere] Plaut. Moſtel. *Ac.* 1. Sc. 1. *decet me amare, & te bubulcitarier.*

v. 39. *Fortuna ſua maior fuit*] *quam ſolus omnium mortalium in poteſtate habuit.* Q. Curt. lib. 10.

v. 40. *Succeſſuſque eius ampliſſimos*] Solinus capite 14. *Ita enim affluenter ſucceſſus eius ampliandis opibus proficiebant*, vt ante omnes *Apollini Delphos, Ioui Elidem ſtatuas aureas dono miſerit.*

v. 41. *Et ſuperauit vt melior*] *Sic morte melior* 7. de *Aſino*

aſino, pro mortis contemptore, vt ad *Apolog.* vidit Caſaubonus.

P.*344*.v.*3*, *Et præclara edita*] *edicta* lego, propter illud antitheton, *domi prouiſa*, & poſt paulo, *ſed edixit vniuerſo orbi.* Vnde Plin. lib.7. capite 37. Horat, lib. 2. Epiſt. *1*.

v.*24*. *Pallio tenus philoſophos*] Vide lib. 11. de *Aſ.* Meminit & Plinius quorumdam, *qui ſapientiæ ſtudium habitu corporis præ ſe ferunt*, lib. 1. epiſt. 22. Et Symmmachus lib. 1. epiſt. 29. *qui philoſophiam faſtu & habitu mentiuntur.* Vide eundem lib. 11. epiſt. *61*. *Adi* & ſi libet *A*gell. lib. *9*. cap. *11*. Quanto rectius de Chriſtianis Q. Minutius Felix: *Nos non habitu ſapientiam ſed mente præferimus: non eloquimur magna ſed viuimus.*

v.26. *Male dicendo & ſimiliter viuendo*] *ſimulter*, *malim.*

v.34. *Quis ex rupiconibus bauilis*] Rupicones qui *rupices* Tertulliano *A*pologet. & lib. de anima. Vide Feſtum dictio. *Petrones.*

P.*345*.v.*15*. *Negligenter ac de ſummo pectore*] *aut*, melius.

v.*29*. *Et quidem perdiu ſtat*] *perdius*, legerim.

v.38. *Nec ante mutare*] lego, *nec demutare.*

P.346.v.1. *In opificiis operibus*] *opificis* f. quod & Scioppio placitum poſtea comperi.

AD L. APVLEI FLORIDORVM LIB. II.

Pag.346.v.9. *Suis ſibi manibus confecerat*] eadem Plato in Hippia. Cicer. 3. de Orat. D. Hieronymus in Epitaphio Nepotiani.

v.14.*Quod genus pictura Babylonica*]forte,*quot genus*.Nota ex Martiali ——*Babylonica picta ſuperbe texta, Semiramia quæ variantur acu.*

P.347.v.14.*Me dilectorem tuum profiteor*] Quid ſi, *debitorem.*

v.29.*Prouincia Africa magis reuerita eſt*] vulgo *magna.*

v.38.*Admirabilior eſſet in iuuene,quam in te parta laus*]lego,*in te patre*,Quid pote melius?

P.348.v.4.*Et fauor Cæſarum*] *Marci & L.Veri,* vt puto.

v.33.*Roſtri prima duritia*]vide Solin.cap.53.

v.40.*Cum tenera lingua*] *dum*,potius.

Senex autem captus & indocilis eſt & obliuioſus] ego certo pro meo captu legerim, *Senex autem captu & ind.*

P.349.v.7.*Vt vocem ſi audias,hominem putes*]Martialis de pica:*Si me non videas,eſſe negabis auem.*

v.8.*Idem conari*]MS.*conatem non loqu.*Lipſ.*tonare non loqu.*Ego etiam, *cantare,* diuinabam,quanquam à vulgata lectione non recedo. Iuuat Perſius:

Picaſque docuit verba noſtra conari.

Quod erat aucto gibbere] Quid ſi,*quod auxerat gibbere.* παθητικῶς. Simile factum patris Galbæ apud Sueton.Galbæ cap.3.

v.24.*Nec ab ea multo pelagi diſpeſcitur*]Magis placet editio Baſil.*diſpicitur*:Macrobius:*quod Rhegium à Meſſana diſpicit.* Solinus: *Africum limitem diſpicit.*

P.350.v.22.*Magiſtrum in ſecreto defendiſſet*] manuſcrip.*magiſtri.* forte,*magiſtri in ſecreta defendiſſet.*

v.26.*Nec vinitori,nec olitori ſcalpitur*] *Oleri* MS. Colu.*oliuitori*,quod non placet.

v.32.*Idſanum ſecundo littore*] *ſecundum littora*, Colu. Pro vulgata tamen Salluſt.Iugurth.*Igitur ad Catabathmon,qui locus Ægyptum ab Africa diuidit, ſecundo mari prima Cyrene eſt.*

P.351.v.33. *Numinum vagantium ſtatus, ambitus*] f.*luminum vagantium ſtatos ambitus*,& ita etiam Ioan. à Wovvberen, ſed adhuc neſcio quid deeſſe videtur.

Vtrorumque varios effectus] *aſtrorumque*,lego.

Pherecydes Syro ex inſula oriundus] f. *Scyro.* vide Ortelii Synonymam Geographicam.

Et Platonem diſciplina gratia ſectatus] Mendum puto.Nam Plato poſt Pythagoram fuit.Vide de dogmate Platonis ſtatim à principio.

P.352.v.15. *Verbaque quæ volantia poetæ appellant*] Apolog.1. *Verba ita vti poetæ aiunt,pinnis apta vulgo volarent.* Poetam munit illum,

Quo minor eſt,quiſquis maximus eſt hominum.

qui ἔπεα πτερόεντα, verba alata dixit.Et Odyſ.φ.

——— τῇ δ' ἄπτερος ἔπλετο μῦθος, id eſt,*huic pennis dicta carebant*: hoc eſt, haud longius auolabant. Plautus Amphit.Ac.1.Sc.1. *Vox mihi ad aures aduolauit.* So. *Næ ego homo infelix fui, qui non alas interuelli, volucrem vocem geſtito.*

v.16.*Intra murum candentium dentium premere*] Adi Agel.Noc.Attic.lib.1.cap.15.

v.19. *Vocem deſueſcebant*] *deſueſcebat* MS. vide Nonium,*deſueui.*

v.20.*Grauioribus viris breui ſpatio*]Parum abeſt, quin legendum aſſeuerem, *bienni.* Agel.lib.1.cap.9. *Sed non minus quiſquam tacuit,quam biennium.*

v.21. *Loquaciores enimuero ferme in quinquennium*] Seruius ad hoc Virgilii 10. Æneid. *Tacitis*

regnauit Amyclis. Pythagorica virtus eſt quinquennale ſilentium.

velut exilio] MS. *tum*, lego, *vti.*

AD L. APVLEII FLORIDORVM LIB. III.

P.353. v.8. *Nihil tantum, nihil tantulum faciã*] Apolog. 2. in princ. *qui non modo vllo facto, ſed ne tantulo quidem dicto meo læſus.* M. Tul. lib. 1. epiſt. XIV. ad Attic. *vt huic vix tantulæ epiſtolæ tempus habuerim.* & lib. 15. epiſt. 27. *Nec quicquam poſthac non modo tantum, ſed ne tantulum quidem præterieris.* Pro Domo ſua: *Quod enim eſt in terris commune tantum tantulumue conſilium, quod non,* &c.

v.16. *In ſcena dictauit*] f. *in ſcenam.*

Extimus quiſque excuneati queruntur] lego *excuriati.* Varro Hippocione aut ὑπποσιών: *Apollonium ideo excuriauit quia nihil habebat.* Nonius, *excuriari,* Sed non male etiam *excuneati.*

v.37. *Farto toto theatro ingens ſtipatio*] V.C. *arto toto theatro.* quæ ſcriptura Coluio licet improbetur, veriſſimam tamen confidenter affirmarim. Horat. lib. 1. Ep. 2. *Hos ediſcit, & hos arto ſtipata theatro ſpectat Roma potens.* *arto theatro,* propter multorum hominum in eo concurſum.

P.354. v.38. *vobis multas gratias dicerem*] f. *ducerẽ.*

P.355. v.1. *Si nihil ex gratia eius petitio mea defregiſſet*] legerim, *defrugaſſet.* vt apud Caton. de re ruſt. cap. IV. *Segetem ne defruget.* ita enim iam olim Beroald. accuratiſſimis ſuis in Aſinum Commentariis, non, *defrudet.* vt & apud Plin. lib. 18. cap. 24. *Segetem ne defruges.*

v. 3. *Aut*

v.3. *Aut parum pretium accipit*] Manuſ. *pauum*, forte, *paucum*. Agel. lib.9. capite 4. *libros plurimos ære pauco emo*. Ald. & Rom. *parum pretium*, quod placet Coluio. neque dubium habeo quin ita ſit legendum, vt apud Plaut. Bacchid. Ac.3. Sc.6. *Si pergis parum mihi fidem arbitrarier*. Terent. Eunucho Ac.1. Sc.11. *Forſitan hic mihi parum habeat fidem*, ſic enim ex membranis legit Ioan. Gulielmus.

v.20. *Qui vnquam Numantiæ fuere*] *Numantiæ* non eſt in MS. Puto ſcripſiſſe Appuleium, *inante*, & inde hoc corruptum.

v.25. *Nondum hercle reperio*] MS. *audum*. lego, *haut dum*.

v.33. *Quod honorem meum non minus mereor*] quidam, *vereor*. Ego, *reuereor*.

P.256. v.26. *Vt integro die beneficium*] lego, *vt de integro benef.*

v.40. *Ne in Carthagine deſinit*] MS. *ne vt* ſ. *nedum Carthagine*.

P.357. v.8. *Oggerere ſe & ocioſis præſidibus*] legerim, *exotioſis* vel *exitioſis*, ſemet *otioſis*, legit Colu.

v.27. *Non magis vſu iuerit*] pro *iuuerit*. Coluius etiam legit, *vſus fuerit*.

v.29. *Quid ſi pedes pedicis coartentur*] *carterentur* MS. ſ. *coerceantur*.

P.358. v.12. *Non niſi confertos homines conſectarer*] MS. *non niſi inter confectos homines conſecrarer*, ſ. *conuerſarer*.

v.18. *Ad ſalutem nitebantur*] idem MS. *videbantur*, ſ. *trudebantur* vel, *ludebant*.

v.20. *vt inquam magis congruerint*] lego, *vtique*.

v.23. *Olores apud auios fluuios*] forte, *Aſios* Virgil. 7. Æneidos.

——*ſonat amnis & Aſia longe pulſa palus.*

v.29. *Iuvenibus & ſenibus*] *Viuentibus* MS. forte *iuventuti*.

AD L. APVLEII FLORIDORVM LIB. IV.

P.359. v.5. *Nec quod hic alias mimus hallucinatur*] Arnob.lib.4. *Et ſi quando animum deſidem otioſis vultis hallucinationibus occupari, dies vobis poſcatis dari, & ſine vllis intermiſſionibus exhiberi.*

v.27. *Vt etiam in ampliſſima quaque lætitia*] Lucret.lib.4.

—— *medio de fonte leporum ſurgit amari aliquid.*

v.29. *Id ego cum etiam alias*] ſic MS. vulgatum vbique *in alias*, quod probo.

v.32. *Et qui penes extrarios*] Ita & Tertul. loquitur De teſtimonio animæ: *Terram grauem imprecaris, & cineri penes inferos tormentum*, & lib. de baptiſmo: *Penes veteres quiſquis ſe homicidio infecerat, purgatrice aqua ſe expiabat*, & paſſim.

v.39. *In concilio Africæ*] Coluius diuinat, *in confinio*. ego nihil muto.

P.360. v.6. *Ita apud nos cuique modeſtia obnoxia eſt*] *vtique*, forte.

v.22. *Diutuleque nec aſſerere velle*] MS. *à ſe reuellere*, lego, *agere velle*.

v.24. *Expoſitaque conditione quam in docendum receperat*] Sic expreſſe in MS. explicat Coluius pro, *in quam*. Ego etiam puto, *qua im*, pro, eum. Ab eo quod eſt *is* non *eum* caſu accuſatiuo, ſed *im* dicebant, vt docet Macrob.1.Satur.cap.4.& vtique delectari Lucium noſtrum antiquitate ſcimus, verbiſque ſubinde

vti

vti paullo magis priſcis, & *vetuſtas quidem nobis ſemper, ſi ſapimus, adoranda eſt*, vt monet idem Macrob. lib. 2. cap. 10.

v. 39. *Interſeterere*] coercere, vulg. Legendum *coharere*, vt in Aldina editione legi teſtatur Ioannes à Wouvveren, vir accuratiſſime doctus atque eruditus.

v. 41. *Tam ſenticoſa*] *ſententioſa* MS. male, vulgata cum Plauto eſt, Captiu. Ac. 1. Sc. 2.

Nam meus ſcrupoſam victus commeat viam.

P. 361. v. 10. *Delinquentis obſtacula*] *deliquantis*, MS. explicat bene & erudite Coluius.

v. 31. *Ab Aeſculapio deo capiam*] Æſculapius Deus Carthaginenſium. Tertullian. *In ipſis denique templis Deum iudicem imploras ſub Aeſculapio ſtans.* Erat autem & ipſe Carthaginienſis.

P. 362. v. 19. *Funus in gens locatum*] f. *collocatum.*

v. 20. *Qui exequias venerant*] vt *exequias ire* dixit ſupra 3. Florid. Terent. Phormione, alii.

v. 22. *Etiam cognoſceret*] vulgo, *incognoſceret*. probat. Colu.

v. 24. *At vero vt ipſe aliquid in illo ex arte reprehenderet*] MS. *At vero vt ipſe vir aliquidin il. ex ar. deprehenderet*. Coluius reiecto τῷ *At*, legit: *Venit vt ipſe aliquid in illo ex arte deprehenderet*. Ego, *adſeuerat ipſe viui aliquid in illo ex arte deprehendere*. Vel etiam, *venit vt ipſe viui aliquid in illo ex arte deprehenderet.*

verſ. 32. *Cœnam feralem à tumulo ad menſam referrent*] hinc & ex ſuperioribus patet cœnam feralem eſitari ſolitam iuxta ipſum rogum.

v. 41. *Quibuſdam medicamentis prouocauit. Sapientis viri*] videtur hiare, & deeſſe aliquid.

P.363.v.5. *Prima cratera litteratoris ruditatem eximit*] Lectio aliarum editionum eſt, *litteratoris rudato eximit*, MS. *litteratores ruato eximit*. Colu. *litteratoris ruditate exuit*, forte, *litteratoris rude eximit*, vt ſignificet ferulam triſtem, ſceptrũ pędagogorum, vt vocat Martial. lib. 10. Epig. 62. nos dicimus, *de roede ontvvaſſen*. Niſi *rudatus* ſit magiſterium rudis.

v.16. *Conatus in laude, effectus in caſu eſt*] Varro 1. de lingua lat. *Succeſſum enim fortuna, experiẽtiam laus ſequitur.*

v.17. *Etiam cogitata ſcelera, non perfecta adhuc, vindicantur*] Etenim *omnia ſcelera & ante effectum operis, quantum culpæ ſatis eſt, perfecta ſunt.* vt eleganter ſcribit Seneca lib. 2. de tranquil. animi.

v.32. *Hiſce igitur moramentis omnibus qui volunt deuitari*] ſcripſerim, *qui nolunt diuexari*, vel *deuexari* & *deuiare*, quod Gallis hodieque eſt, *deſuoyer*.

v.33. *Advectorem ſibimet equum deligunt*] lego, *ad vectorem*, ex iis quæ noto ad lib. 1. de aſino. *Vector equus* ſæpiuſcule hic occurrit.

v.41. *Releuant gradum*] MS. *reuelant*. vnde Colu. *reuetant gradum*] ſeu, *rebetant*. ſ. *relentant*.

Ad bene viuendum non quicquam eſſe] legerim, *non cicci eſſe*, vel, *ciccum*, aut *cicum*.

FINIS.

CORNELII

CORNELII MARTINI

ANTWERPII, PROFESSORIS
publici in incluta Iulia,

ANIMADVERSIONES

IN

APVLEI LIBRVM

ΠΕΡῚ ἙΡΜΗΝΕΊΑΣ

ad

GEVERHARTVM ELMEN-horſtium.

Clariſſimo & doctiſſimo

Viro

Dn. GEVERHARTO *ELMENHORSTIO S.*

VIR Clariſſime, amice honorande, in Libello iſto Apuleij, cum multa ſint, quæ ille rectius, aut certe ſtudioſę iuvētuti commodius tradere poterat, nihil tu homo in hiſce literis exercitatiſſimus, ignoras. Agit non tantum de enuntiationibus; ſed quoque de Syllogiſmorum doctrina. Et in priori quidem parte Ariſtotelem plerumque ſequitur, niſi quod alicubi textus hiare videatur, vitio videlicet temporum, quæ multa & eximia noſtræ ætati inuiderunt. Pagellas tuas ſcio me libro cuidam incluſiſſe,

cluſiſſe, qui in quotidiano mihi vſu erat, ne mihi vel memoriæ meæ exciderent, nec tamen minus quis liber fuerit, non memini, non etiamſi diligentiſſime pleroſque explicarim, tamen fugitiuas illas inuenire potui, itaque quodnam illud fuerit exemplar, ignoro, & num in eo totus hic libellus, an verò eius pars tantum deſcripta fuerit, ſcire non poſſum. Colluij editionem quæ Lugduni Batauorum ex officina Plantiniana à Raphelengio An. 1588. edita eſt, ego habeo: in cuius notis inuenio totam illam, quæ eſt de ſyllogiſmo doctrinam ab eo primum editam fuiſſe, quæ à prioribus editionibus abſit: non tamen dubito quin totus libellus in pagellis fuerit, cum editio mea tot iam annos habeat. Itaque, vt dixi, agit de enunciatione & ſyllogiſmo, accuratius multo in priore quam in poſteriore parte verſatus: & miror homini

philoſophum in enunciationum doctrina placuiſſe,non itidem in doctrina ſyllogiſmorum, in qua ille profecto iuventutem valde turbat. Neque hoc quoque minus miror quid Martianum Capellam & Iſidorum impellere potuerit, vt Apuleium præ Ariſtotele ſequi decreuerit,cum tota illa ſyllogiſmorum conſtructio valde ſit violenta. Nolo in omnia hic inquirere, ſed quædam tantum oſtendam in hiſce de quibus loquor ſyllogiſmis. in primo modo formulæ (vt nos loquimur figuræ) primæ hic illi ſyllogiſmus eſt

Omne iuſtum honeſtum
Omne honeſtum bonum
Omne igitur iuſtum bonum

Atqui ſi naturam & Ariſtotelem ſecutus fuiſſet,quam ſecundo loco collocat, primo ponere debuit: ita enim dictum de OMNI vt Logici loquuntur actu in ſyllogiſmo fuiſſet, & omnes

mnes termini ſuo quiſque loco hoc modo:

Omne honeſtum bonum
Omne iuſtum eſt honeſtum
Omne iuſtum eſt bonum

Hæc eſt naturalis terminorum diſpoſitio, hic legitimus medii ſitus, quia, cum medius terminus contineatur in maiore & minor in medio, neceſſum quoque erit minorem contineri in maiore; vt nullus tã ſit puer, qui vim conſecutionis vel naturaliter non videat, cum alteram illam niſi per hanc oſtẽdatur, aſſequi nemo poſſit. Si itaque enunciationes ſic recte collocaſſet, habuiſſet cum Ariſtotele primum modum primæ figuræ, quem in ſcholis appellant BARBARA hoc primum,

Deinde quod propter concluſionis conuerſionem novum nobis modum fabricat, quem deinde quintum facit, mihi quidem valde ridiculum eſt; non enim propter terminorum il-

lam diſpoſitionem, ſed quia concluſio ita conuerti debeat, quod antea docuerat in libello de enuntiatione, ille modus valere poteſt: vt quoque illi ſyllogiſmo alio ſit opus, ſi conſequentiam ſuam probare nitatur, cum tamen videri velit concludere in figurarum omnium perfectiſſima, quę eſt prima Ariſtotelis. Galenus iſtiuſmodi ſyllogiſmos etiam viderat, & propriam illis figuram conſtituerat, quam quartam eſſe volebat; ſed eam confutauit Auerroes & Zabarella quoque pulcherrimo Libello de quarta ſyllogiſmorum figura illam refellit. Itaq; rectius Apuleius noſter Ariſtotelem, quem eum legiſſe video quatuor modos in prima hac ſiue formula, vt ille, ſiue vt nos loquimur, figura tantum collocantem retinuiſſet. Sed ea diſpoſitione, quam illi lux naturæ oſtenderat, imo quoque im-

perarat,atq; hic eſt primus cum quinto Scriptoris noſtri modus.

Iam & alter tranſpoſitis propoſitionibus eſt ſecundus Ariſtotelis in prima figura, quem in Scholis vocamus CELARENT

Sic Apuleius.

Omne iuſtum honeſtum
Nullum honeſtum turpe
Nullum igitur iuſtum turpe

Ita autem Ariſtoteles:

Nullum honeſtum turpe
Omne iuſtum eſt honeſtum
Nullum igitur iuſtum turpe

Euidens eſt in hoc ſyllogiſmo dictum de Nullo. cum enim turpe de omni honeſto remoueatur, iuſtum autem ſub honeſto contineatur, remouetur quoque turpe de omni iuſto. Hæc altera rationis noſtrę eſt facula in ſyllogiſmis negatiuis, quam propoſitionum non commoda poſitione perturbat ille Platonicus. Sed etiam hic

denuo conuertit concluſionem, atque ita nobis ſextum modum fabricat, pari quo ſupra fundamento.

Tertius primę figuræ modus apud Ariſtotelem erat quem in ſcholis vocant DARII, pro quo nobis hoc exemplum adfert,

Quoddam iuſtum honeſtum
Omne honeſtum vtile
Ergo quoddam iuſtum vtile

quam ille minori loco ponit eſto maior, & fiat maior illius minor, hunc habebimus ſyllogiſmum:

Omne honeſtum vtile
Quoddam iuſtum eſt honeſtum
Ergo quoddam iuſtum eſt vtile

Verus eſt ſyllogiſmus & recte poſitus. Etiam hic reflexim infert, & ſeptimũ modum cudit, pari cum reliquis abſurditate; nõ enim in prima illi ſunt figura, ſed quod tentauit Galenus, ſi Syllogiſmi eſſent, alia illis ſedes ſiue alia figura aſſignanda foret.

Quartus

Quartus modus erat FERIO, literę oſtendunt maiorem debere vniuerſalem negantem, minorem particularem aientem eſſe, ille vtramque loco mouit & talem dat, qui particularem habeat maiorem & negantem minorem, quod vtrumque ſi ad leges Ariſtotelis emendaueris, vitioſum eſt; talis ſit Apulei ſyllogiſmus

Quoddam iuſtum eſt honeſtum
Nullum honeſtum turpe
Quod igitur iuſtum non eſt turpe

Ariſtotelis eſt

Nullum honeſtum turpe
Quoddam iuſtum eſt honeſtum
Ergo quoddam iuſtum non eſt turpe

Duos octavum vero & nonum, quos hinc colligit, rectius concludemus, ſi naturam ſecuti fuerimus: octavus eſt Apuleio

Nullum turpe honeſtum
Omne honeſtum iuſtum
Quoddam igitur iuſtum non eſt turpe

Natura ita concluderet:

Nullum honeſtum turpe
Quoddam iuſtum eſt honeſtum
Ergo quoddam iuſtum non eſt turpe

Et in nono ita Apuleius:

Nullum turpe honeſtum
Quoddam honeſtum iuſtum
Ergo quoddam iuſtum non eſt turpe

Natura ſic:

Nullum honeſtum turpe
Quoddam iuſtum eſt honeſtum
Ergo quoddam iuſtum non eſt turpe

Atqui hęc eſt prima eius figura. Hi illi noueni ſunt modi, in quib. nihil naturaliter, ſed omnia coacte cőcludit: & ſunt quæ ſequuntur eiuſdem monetæ. Itaque ne moleſtus ſim, manum tollo; vnica admonitione iuventuti ſuccurrere potes, ſi illos monueris, vt Ariſtotelem hic potius quam hunc autorem ſequantur ducem. Vale vir nobiliſſime & clariſſime. Deum venerer vt tibi tuiſque, mihi meiſque o-

mnibus

mnibus hunc novum annum felicem eſſe velit. Helmſtadio An. 1621. 14. Ianuarij

Veſter

Cornelius Martinus

Antwerp.

IN
EDITIONEM NOVAM APVLEIANAM

à

Clariſsimo Viro

GEVERHARTO ELMENHORSTIO adornatam

THOMÆ SEGETI

Iambi.

DIſerte Lvci, docte verborum artifex
Concinniorum, non inops rerum penus.
Tibi multa multi contulere ſinguli,
Illuſtrioris iidem nominis viri :
Omnes ſed vnus vicit Elmenhorstivs.
Sanauit ille ſaucio multas plagas,
Tenebricoſa lumen alter prætulit.

At obtegebat multa adhuc oculos tibi
Glaucoma, abegit ELMENHORSTII manus.
Vibice multa fœda ſquallebat cutis
Miſelli aſelli: reddidit fœdam cutem
Totam nitori priſtino ELMENHORSTIVS.
ASINVM exuiſſe LVCIVS totum ſe ouat.

ELEGIA
IOHANNIS WEITZII.

IGnauo ſtrigilem cur admoliris aſello,
Hoc eſt, in ſterili littore bubus aras?
Eluuiemq; fricas operoſe ſordium, & vngues
Effictim & caudam, non ſine laude polis?
Inq; oculos bullis frontem radiantibus auro,
Æmula vti ſtellis candida forma micet?
Sic popa neſcio quis! ſed ceu Maro ſe legere auri
Ex EnnI aiebat fragmina quiſquiliis:
Sic APVLEIVS *habet numeroque & pondere multas,*
Squalore abſterſo, fundere diues opes;
Quas ſtudio exſinuas ærumnoſoque labore
His, qui graſſantur muſica per ſtadia;
Muſa ELMENHORSTI *Latiæ decus atque Pelaſgæ,*
Ac patriæ æternum viuida fama tuæ!
Luroremque cutis tergeſque, ſitumque reformas,
Et cariem ſepelis, ſcabritiemque fugas:
Et capite à primo ad pedis vltima pectus aſellum;
In tota vt ſedeat corpore nulla lues.
Ceu diſiecta igitur crepera caligine noctis
Lumine Sol rediens cuncta recente reple:
Sic iubar infundis nitidum, pelliſque veternum,
Eſquale extollens lampada luciſluam.

Barbara

Barbara ſic ruditas, ſic ſpurca inſcitia it illuc,
Vnde prius ſcauos attulit iſta pedes.
Olim ita diſperiit flans ignes ore Chimæra
Iſtmiaci heroa Bellerophontis ope.
Futilis haud igitur lingua probra liuida cures,
GEVERARTE ! *A te lancinat atra bonos.*
Inque loco inque ſuo quivis eſt ſchemate agaſo.
Immò aſinus, portans tergore Atlantis onus:
Et latera innumero plagarum grandine tactus
Pellitur hinc variis inde agiturque modis.
Nec faciem hanc ſchema tollit roſa laurea noſtra;
Sed tollet tandem, qui nouat omne, Deus:
Nos vbi de cœnis obrizum finget in aurum,
Atque in natiuum corpora fluxa decus.

LECTORI.

DVM pagellas Apuleianas obiter inſpicio, deprehẽdo typothetas aliquoties à ſcopo aberraſſe, & quà in contextu ipſo, quâ in diſtinctionibus peccaſſe pluriſariam. Eas culpas ne quis ſcæui ominis impugnet, aut mihi abſenti & innocenti maligne impingat, hic ſignare volui, quas antequam ad lectionem accedis, haud grauatim emendabis, Lector amice.

Errata.

EXORDIA SOMNI. 167
EXORNARI AD SPECVLVM de delicatis & probroſis. Sic *tonſus ad ſpeculum* apud Martialem lib. 6. epigr. 66. 272

Exossis saltatio mollis. Vide Emendationes. 104
Exoticvs pvlvis. Plautus *Exotica vnguenta*. 246.289
Expedire gressvm ingredi. 343
Expedire tractatvm. 98. 314
Expedire dicere. Arnob. lib. 2. *Poteſtis expedire rationem.* 205
Expedire prodeſſe. 346
Expergificvs. 317.359
Expergite vigilanter Feſt. *Expergitus.* 125
Expergitvs excitatus Paulinus recipitq; ſe expergitus. 121
Experiri de nuptiis. Propertius lib. 2.
— *ſæpe eſt experta puella*
Officium tota nocte valere meum.
Experivndo comprobare. 361
Expers rudis. 179
Expilare. 172
Explicvit mvnvs officium peregit. 180
Expirare de ventis *pro* mori. 103
Exponere proprie de mercibus. 113
Expostvlare in animo. 185
Expvngere erogare. 400. P.
Exsector. 207
Exseqvias ire et venire Phraſis Romanis vſitatiſſima. 354.362
Ex svmmis viribvs & ex svmmo stvdio diligenter. 129.198.203.223.274.276. 321
Exsibilari efflari. Prudentius poſuit cum *ſibilo eloqui.* 163
Ex temrore αὐτοσχεδίως. 110
Exterminare opibvs. 166
Externatvs et exterminatvs animi *pro* mente viduus Poſtea dicit: extra terminvm mentis positvs. Priſcian. de Medicina lib. 2. *Mens propria ſede exterminata.* Gloſſæ *Externatus* ἐκτὸς φρενῶν. 138.166
Extispicivm. Vide Nonium. 45
Extorris *exul, quaſi extra patriam ſuam pulſus.* Papias. 162.190
Extraneare noue dictum *pro* extraneum facere. 335
Extremvs peſſimus. Sæpiſſimè hac voce vſus noſter. 101.112.188.131.156.169.174 151. Sic etiam Calpurnius *extrema ferre.* Et Sulpicus de Vita Martini. *Extrema lues.*
Ext remivs deterius. 105. 188
Extrema poena mors. 198
Extrinsecvs ἔξωθεν. 69
Exvere asinvm aſino remoto prodire in hominem. 140
Exvltare in gavdivm. 213
Ex vsv. 151

F.

Fabra forma. 282
Fabre δαιδαλέως. 122.123

FABRICARE SIBI MORTEM. 187
FABRICARE PRANDIVM. 192
FABRICARE RISVM. 134
FABERRIME quod poſtea dicit, SOLERTI FABRICA. 116. 174
FABRILIS. 219
FABVLA ſermo. Soran. de Medicina cap. 4. *Sit in fabulis iucundus medicus.* Firmic. aſtron. lib. 2. c. 33. *Nec ſecretò cum aliquo fabulas conferas.* 108. 114. 182
FABVLARI de omni ſermone Apud Lucretium, Zenon. Veron. Plaut. & alios paſſim. 264. 365
FAC SINE CVRA SIS. 122
FAC INTELLIGAS. Elegans loquendi formula de qua Stewechius ad lib. de Deo Socratis pag. 167. videndus. 41
FACE PRIMA Brod. Miſcell. lib. 4. cap. 33. 93. P
FACIT accedit. 159
FACERE NVNTIVM adferre nuntium. 187
FACERE VXOREM DE VIRGINE, deuirginare. 160
FACERE MINISTERIVM miniſtrare. 132. P
FACERE OPEM ferre. 185
FACERE LIBROS ſcribere. 120
FACERE SALVTEM, adferre ſalutem. 167
FACERE SVSPITIONEM ſuſpicari. 193
FACESSERE abire. 111. 125. 133. 151. 175. 215. 248
FACESSERE NEGOTIVM. 309
FACETIÆ SIBI HABERE. 310
FACIEM GAVDIO DELIBVTI ἀρχαϊſmus. 193
FACIE REPENTINA *pro* ſubita nouitate. 233
FACIES *pro* faciei. Agellius lib. 9. c. 11. 185
FACIES forma. Sic Salluſtius *Facie veſtigii humani.* Sidonius lib. 8. epiſt. 1. *ambuſtam murorum faciem.* & lib. 8. epiſt. 12. *facies cœli.* Quintil. declamat. 387. *Exæſtuantis fluctus minax facies.* 226
FACIETENVS. 250
FACINOROSA MVLIER peſſima, & *facinoroſus* in Gloſſis κακόργος. 164. 167
FACINOROSA DISCIPLINA de Magia. 224. 230
FACTIO coniuratio. 154
FACTVM VELLE. 314
FÆMINAL Nonno libro 48. verſ. 121. γυναικείην αἰδῶ. Et lib. 37. verſ. 556. ἀθήλυτου φύσιν αἰδοῦς. pars illa quæ fæminas facit. Cælio Aureliano *Naturalia* Plauto *Aruum muliebre*, Apuleio *Interfæminium*, VIRGINAL, VERETILLA. 296
FÆCVLENTVS fæce plenus τρυγώδης. 47
FÆMINEVS PAVOR. 202
FÆTVTINVS Agellius lib. 13. c. 19 *Finitiones prærancidas & fætutinas.* In Manuſcripto Bremenſi eſt F. *p. e. fætudinas* lege *fætutinas.* 228
FALLACIES. 169

FALLACIOSVS. 205

FALSVS SENTENTIÆ, ANIMI. 46.345

FALSVM FACERE. 326

FAME PERDITVS. 222

FAMELICVS Aldhelmus de laude Virginitatis, *Famelicum Dei prophetam affatim pauet.* 114

FVMIGERABILIS inclytus. 105. 123.124.219.247

FAMIGERATVS. 350

FAMILIAM PROPAGARE. 164

FAMILIAM ponit pro iumentis piſtorienſibus, qui ſunt in famulatura piſtorum. Apud Gregorium Magnum in epiſtolis FAMILIA ponitur *pro* illis qui fiſcum Eccleſiæ gubernant. Apud Terent. Heautont. act. 5. ſcen. 1. *pro* cibarijs. Vlpianus D. de ædil. edict. l. 25. *Familiæ appellatione omnes qui in ſeruitio ſunt continentur, etiam liberi homines qui ei bona fide ſeruiunt.* 222

FAMOSVS nobilis, celebris. Onomaſt. *famoſus*, εὔφημος. Sic apud Tacitum *famoſa vrbs.* Gloſſæ Iſidori *nominoſus, famoſus, celeber.* 148. 267

FAMOSVS infamis. Iuuenalis Sat. 6.

Famoſaq́ mœnia Lagi.

Sat. 15.

Barbara famoſo non cedit turba Canopo

Simplicius PP. Epiſtola ad Orientales: *Duo nomina famoſa & magna perfidia damnauit.* Firmicus: *Fauet meretricem audacem, multaq́ tentigine famoſam.* 172. 189

FAMOSISSIMVS. 324

FAMVLATIO poſtea dicit FAMVLITIVM. Onomaſtic. famulatio θεραπεία. 115.176. 285

FANATICE furioſè & *fanatica ſuperſtitio* apud Aldhelmum de laude Virginitatis. 224

FANDO COMPERIRE, ACCIPERE. 179.269.341

FATALIS DISPOSITIO εἱμαρμένον. 217

FATIGARE effligere. Firmic. Aſtron. lib. 6. cap. 3. *Nimiis infortuniis ex filiorum caſibus fatigantur.* Priſcian. de Medicina lib. 3. cap. 10. *Effuſione ſpermatis importuna fœmina fatigantur.* Serenus Sammonic.

Proderit & pueris quos dentis origo fatigat.

Vnde & Apuleio FATIGATIO SEDENTARIA qua ſedentes in equo ex diutina equitatione vexantur. 103. 158

FATIGATIONEM DILVERE. 160

FATILOQVVS μάντις. 352

FATORVM FLVCTIBVS VOLVTARI. 244

FAVITOR fautor. 333

FAX AC FLAGELLVM *pro* inſtiga-

inſtigatore & incentore. 321

FAXO SCIAS. Minantis formula. 107.113.154.172

FEBRIVM VAPOR ardor. Et Euſtathius *καυσώνας* febres ardentes dicit Firmicus: *Paulatim tardo febrium ardore decoquitur.* 139

FECI LEVITER. 169

FECIALIS, Papias: *Feciales dicuntur per quos fœdera & bella indicebantur.* 122

FECIT ALIENVM interemit. 204

FENESTRVLA Acta Martyrii Anaſtaſiæ: *Vt eam non permitterent, cuiusq́ fenestrellula aditum ſpectare.* 237

FERALE MVRMVR magicum. Vide Notas ad Arnob. 114

FERALIA AMICVLA vocat veſtimenta quibus cadauera obuoluebantur, Arnoldus Abbas de operibus ſex dierum: *morticiniorum ſpolia* appellat. 244

FERALIA OFFICIA lib. 8. vocat OFFICIA INFERIALIA. Chryſolog. *Vltimum pietatis obſequium.* Curtius: *Suprema officia.* Hieronymus: *Vltimum officium.* Arnobius: *Suprema funeris.* Sidonius: *Exequialia officia.* Vetus Epigram.

Extremum officium quoniam tibi reddere cogor. 104.124.158.204.211.231

FERALIS OFFICINA *pro* loco in quo inſtrumenta Magica parantur. Et Egeſippus lib. 3. cap. 2. feralis artes magicas vocat. 137

FERALIS POMPA exſequalis. 104

FERALIS NVTVS ſcæuus. Sic Cœlius Aurelianus lib. 3. cap. 2. *Ferales pediculos* latiores ac vehementer morſibus ſæuientes dixit. Et Laurentius presbyter Nouarum: *Feralis morbus*, 250

FERIAS FACERE Virgil. Eclog. 1.

Deus nobis hæc otia fecit. 219

FERINA NAVFRAGIA. Sic cladem appellat mortuorum vrſorum. 149

FERINA FACIES beſtialis. 263

FERINA LINGVA peſſima. 275

FERINI EQVI feri. 195

FERINVS IN CERVVM iam ceruus factus. 116

FERRAMENTA de inſtrumentis Medicis. 198

FERRE referre, ſic in libro de Deo Socratis, *cerni* pro diſcerni, ſimplex pro compoſito. 326

FERRE ADITVM. 146. 178

FERRE SENTENTIAM de iudicibus. 50. 131

FERRE OPEM. 161.179
FESTINVS ταχὺς feſtinatus. 101
FICTOR ſignifex. 22
FIDES auxilium. 252
FIDEM DICERE ſpondere. ſic *fidem* Agellius lib 16.cap.10. *pro* chirographo ponit. 45
FIDVCIA fidenter. 115
FIGVRARI formari. Tertullianus:

Quiq; figurauit carnem ſpiramine viuam. 436

FILVM *pro* membro, Firmic. Aſtron.lib. 4.c. 4. vocat *Lineationem* corporis. Arnobius lib.1.& 3.*Lineamentum* corporis. Vbi Fuluius malè, *linimẽtũ* reponit. ſic ap.Plautum.Mercat.*ſcitũ filum mulieris* & in Milite ſcena voluptas eſt: *lepida & liberali forma eſt* dixit. Vide Agellium lib.1.cap.9. lib.2. c.18. Et lib.Emendationum. 48
FILIVS nomen amoris & affectus, 123,229
FIMBRIATVS. 214
FINE INGINVM vſque ad inguina, 121
FINIRE diſſoluere. 6
FISSICVLARE rimari. Marc. Capella lib.2. *Hæc aruſpitio exta fiſſiculant.* Cic.1.de diuin. *quid fiſſum in extis quid fibra valeat accipio, quæ cauſa ſit neſcio.* Et in Gloſſis Iſidori: *fiſſiculator* augur naturas in extis animantium quærens. 45
FISTVLATVS. 130
FLABRA *pro* ventis vehementioribus. 46
FLACCET, deficit, molleſcit, & *flaccum* herba cito deficiens Papiæ. Arnobius lib.4. *Flaceſſentium voluptatum ardorem reſtituebat.* Et lib.7. *argumentatio flaccida eſt.* 290
FLACCIDVS χαλαρὸς. 365
FLAGELLVM TESSELLATVM ſiue TESSERATVM poſtea dicit: PECVINIS OSSIBVS CATENATVM. 214
FLAGITARE conſtuprare, ſic *flagitatus* impudicus apud Feſtum. 214
FLAGRARE FELLE INVIDIÆ. 162
FLAGRANTIA. 140.P.
FLAMMA AMORIS. 202
FLAMMARI φλογοῦσϑ. 5
FLAMMEVM πέπλ☉ velamentum nuptiale Quintil. declamat.1. *Lugubria flammeo reuentente mutabis.* 157.325
FLAMMEVS φλογερὸς. 202
FLAMMIDA. 46.258
FLAVENTES aurei. 178
FLETA flens actiuum paſſiuè poſitum. 199
FLEXANIMVS. 341
FLEXILIS. 173
FLEXVOSVS. 455
FLOCCIDVS à flocco, ſcil. particula eminentiore in panno, quæ forficibus reciditur. 191
FLORERE gaudere. 164
FLORIDVS fulgens. 208
FLORIDVS venuſtus, ſic FLORIDA VESTIS FLORIA, PICTVRA.

CVRA. 117.118.148.191
FLOS ÆTATIS, CIVITATIS, VIRGINALIS. 221.259. 270.254.317
FLVENTER properanter. Vide indicem Lucretii. 122
FLVERE de ventis. 62
FLVVIALIS Onomaſt. ποτάμιον *fluuiale.* 62.253
FLVCTICVLVS κῦμα. 296
FLVCTVARE de curis. Plautus Pſeudolo ſcena Diuum atq; hominum &c.
Quid ſi animus fluctuat.
Ps. *Ego iſtum intranquillo & tuto ſiſtam tibi.* 138.161
FLVENTVM riuus. ῥεῦμα ποταμοῦ. 54.178.180
FLVXOS liquefactos. 115
FLVXI molles. Martialis
cinædo euiratior fluxo.
Et Tertull. *fluxum* pro mollicie ponit. 342
FOCVLVS de puella amatrice. 118
FOEDARE SE TVRPI DEDECORE. 228
FOEDVS coniugium. Arnobius lib. 4. contra Gentes: *In coniugalia fœdera veniunt conditionibus ante quæſitis.* Capella: *Philologiam eſſe de qua fœdus inſtaret.* Et lib. 2.
Scande cœli templa Virgo
Digna tanto fœdere.
Hierony. apologia ad Pammachium aduerſus Jouinianum: *Triginta referuntur ad nuptias, quæ & ipſa digitorum coniunctio quaſi oſculo ſe complexans & fœderans maritum pingit & coniugem.* Paulus JC. Dig. de ritu nuptiarum leg. 47. *Senatoris filia quæ corpore quæſtum vel artem ludicram fecerit aut iudicio publico damnata fuerit, impune libertino nubit: nec enim honos ei ſeruatur quæ ſe in tantum fœdus deduxit.* Non audio illes qui τὸ *fœdus* hic *ſcelus* interpretantur. 164
FOLIA ARTIS pro ineptiis & nugis meris. 106
FOLIATVS φυλλώδης. 143.262
FOLLICANTES NARES inſtar folium reciproco ſpiritu nares agitantes. *Beroaldus.* 222
FONS MENDACII. ſic & STIPS ACCVSATIONIS & RADIX IVDICII. & fons vitii apud Plautum. 317.330.338
FONTANVS πηγαῖος *fontalis* apud Plautum Sticho ſcena, *agite, ite,* &c. 115
FORES IANVÆ θύραι. 150
FORENSIA PECORA de Aduocatis. 255
FORENSIS SERMO ſordidus. 82.P.
FORFICVLI *forfices* inſtrumenta tonſorum. 136
FORINSECVS foris ἔξωθεν. 138. 147
FORMIDO linea venatoria Oppiano δειμαλέη μήρινθος, & *formidines* apud Agellium lib. 8. cap. 9. *captioſa argumenta* vt notat Coluius. 313
FORMIDAMINA. 215
FORMIDOLOSVS meticuloſus Gloſſæ *formidoloſus* φοβερός.

& *formido* φόβος. 224

FORMOSA PECVNIA aurei nitentes. 225

FORMOSE SALTARE eleganter ſaltare. Sic Æmilius Probus *commode ſaltare*. 183

FORMVLÆ quibus mulieres ſuas teſtantur affectiones: MI MELLITE, MEA PVPVLA, MEVS PASSER, MEVS PALVMBVS, AMO, CVPIO, & DILIGO TE, ET SINE TE VIVERE NON POSSVM. 161. 179.193.248.261.

FORNACVLA. 321

FORNIX χαμαιτυπεῖα, πόρνη. 192

FORI ſedilia. Onomaſt. *Fori* κοῖλα στρώματα. 137

FORS forſitan τυχὸν, ἴσως. 395

FORS FVAT. 311.332

FORTASSEAN forte Agell. lib. 7. cap. 3. *Eadem omnia diſtinctius numeroſiusq; fortaſſean dici poterant*. Tertullianus præſcriptione aduerſus hæreticos cap 41. *Curationes repromittere fortaſſean & tinguere*. ita vet. Cod. *forſitan* vulgati. 44

FORTE FORTVNA tunc. 240

FORTICVLVS. 212

FORTISSIMVS BELLATOR de Marte. 172

FORTVNA OPVLENTVS. 341

FORTVNAS SVAS EIVLARE. 129

FORTVNARVM SVGGESTVS *pro* diuitiarum cumulo ἀγαθῶν σωρὸς ἢ μυρμηκία. 161

FORTVNÆ TEMPESTAS, NAVFRAGIVM, TVRBO. 174.216. 293

FRACTA VOX effœminata. ſic *infractus ſermo* & *infracta vox* Lucretio, Senecæ & Arnobio *mollis*. Ambroſius de Officiis lib. 1. cap. 19. *Vox ipſa non remiſſa, non fracta, nihil fœmineum ſonans*. 213

FRATER nomen affectus & charitatis. Martialis lib. 2. epig. 4.

O quam blandus es Ammiane matri
Quam blanda eſt tibi mater Ammiane
Fratrem te vocat & ſoror vocatum. 120. 205

FREQVENTARE coire. 186

FRIGERE explodi. 303

FRINGVLTIRE ineptè loqui. 296.336

FRINGVLTIRE quaſi fracto gutture canere. 322.338

FRIVOLI PISCES nullius precii. Et poſtea ID GENVS FRIVOLIS. Vide Briſſon. in *Fribuſculum*. Budæum ad Pandect. fol. 246. 113

FRONS STRIATA triſtis & rugoſa. 255. P

FRONS RELICINA non vt Cœlius lib. 7. Antiq. lect. c. 23. vult *capillitio denudata & velut relicta*, ſed ſurſum reflexa. Vide Woweri Notas pag. 693. 344

FRON-

FRONTEM RIPLAVDERE Cœlius Antiq. lect.l.7. cap.23. *Replaudere frontem eſſe videtur percutiendo frontem capillos reiicere, quod aſſolet in luctu.* 105

FRONTES LITTERATI habentes in fronte notas litterarum cauterio inuſtas. poſuit FRONTEM genere virili vt & Cæcilius apud Agellium lib.15. cap. 9. *Inimici peſſimi, fronte hilaro.* 222

FRVGALIS frugum. 71

FRVGEM TVAM PERICLITABOR periculum faciam tuæ virtutis. Nam & frugi in Gloſſis σώφρων vtilis. 177

FRVOR cum accuſatiuo Plaut. Aſinaria act.5. ſcen. 2. *Agrippus exorari ſpero poterat vt ſinat ſeſe alternas cum illo noctes hanc frui.* Rudente Scena, Heus mane. *Hinc tu niſi malum fuiſci nihil potes.* 206

FRVSTATIM. Plaut. Fruſtillatim, Curculion. ſcen. *Cui homini Dii ſunt propitii* &c. 117

FRVSTRA ANIMI ESSE. 319

FRVSTRATVS eluſus. 188

FRVSTRARI PROMISSVM. 199

FRVSTVLVM. 110

FRVTETVM θαμνών Papias: *Frutetum, arbor, contectum, ſaltus, vepres.* Agellius libr. 19. cap. 12. *Fruteta atque virgulta ſimul omnia cum ſentibus & rubis purificandi agri gratia conuellit.* 142

FRVTEX virga. 364

FRVTEX homo ſtupidus, Plautus: *Nec veriſimile loquere nec verum frutex.* Moſtell. act.1.ſcena 1. 317

FVCATVS coloratus. 247

FVCVS purpura. 249

FVGÆ MANDARE PRÆSIDIVM quod poſtea dicit: PERNICI FVGA SESE PRORIPERE, & FVGAM INSTRVERE. Plautus: *Conferre ſe in pedes.* Bacchid. ſcena *Plaudite* &c. 107.109.176

FVGERE FVGELA MAGNA. 336

FVIT mortuus eſt Plaut. Perſa ſcena Satin' Athenæ &c.

Omne ego pro nihilo eſſe duco quod fuit quando fuit,
Tanquam hominem quando animam efflauit quid eum quæras qui fuit. 201

FVLMINVM TELA. Vide Iuretum ad Symmach. 109

FVLCIMENTVM *ſuſtentaculum* ὑπόρθωμα in Gloſſis. 109

FVLGVRITA Notæ ad Arnob. 45

FVLMINEVS de apro. Vide Emendationes. 202

FVMI NON IMPERITVS de ganeone erudito. 311

FVMVM VENDERE decipere. vide Caſaub ad Hiſt. Augg. ſcriptores. ſic Plautus: *Non vendo logos.* 313

FVMIGATVS. 312
FVNDERE PRECES. 258
FVNEREPVS funambulus χειροβάτης. 342
FVNGOR cum quarto caſu. Plaut. Amphit. ſcen. Satin' parua res eſt &c.
Teq; abſente hic munus fungatur tuum,
& ſæpe apud Terentium. 178
FVNICVLVS poſtea RESTIM dicit. 109
FVRARI SE pro furtum ſubducere. 191
FVRATRINA rapina. Fulgentius *Mercurius furatrinus Deus.* 101.245
FVRCIFER de malo homine Gloſſæ σταυροκόμιστος, δικρανοφόρος. οἱ ποιήσαντες ἀντὶ τιμωρίας δίκρανον ἐν τοῖς τραχήλοις ἔχοντες πεβάμιζον, διὰ τῆς πόλεως περιαγόμενοι. Papias: *Furcifer qui ob leue delictum furcam circa viam ferre cogebatur, confitens peccatum ſuum, magis ad hominum ignominiam & aliorum terrorem, quam ad ſupplicium.* 240.242.246
FVRENS ANIMI. 173
FVRENTER IRATVS Cicero lib.1.ad Attic.epiſt.15. *Eum pueri aiunt furenter iraſci.* Et Tubero apud Chariſium lib.2.*Inimiciter iraſci.* 176
FVRIA furor. Eucherius in Geneſin fol.30. *Furia agitatur.* Acta Geneſii Martyr. *Accedebant ſuper eas furias populi.* Concil. Conſtantinopol. ſub Menna fol.426. *Diabolus aduerſus figmentum creatoris, ſuam oſtendit furiam.* Monachi Hieroſolymitani ad Juſtinian. Imper. *Plenus omni inſania ac furia.* 178
FVRIÆ NOCTVRNÆ ἐριννύες. 150
FVRIÆ de peſſimis fœminis. 164
FVRTIM clam λαθραίως. 186
FVRTIVI AMPLEXVS Ouid.4. Metam. *furtiua voluptas.* & lib.2. *furtum* de amore. Petron. *Furtiua molitio,* Firmic.aſtron. *Furtiuam venerem agitare.* 265
FVSCÆ VNDÆ de Tartaro. 178
FVSCIORES ANIMÆ malæ. 19
FVSCIORES CVRÆ abiectæ & ſordidæ & *fuſcari* apud Cyprianum de Reſurrectione *ſordidari.* 96
FVSCITAS malitia. 75
FVSCIS AVIBVS improſperè. 109
FVTILE POLENTARIVM. Vide Beroald.lib. 6. 181

G.

GALERVS κυνῆ πῖλιον. 253
GALLICINIVM ἀλεκτρυοφωνία. 201
GALLINVLA ὄρνις. 119
GANNIRE inſuſurrare. 121. 142.171.238
GANNIRE de paſſeribus. 175
GAVDERE ridere. Vide Giſanium ad Lucretium. 260

GAVDI-

GAVDIBVNDVS immodico gaudio geſtiens. 201
GAVDIALIS. 128.217.214
GAVIA Gloſſæ λάρος, *larus, fulica, gauia.* 171
GEMMOSVS ex gemmis contextus Gloſſæ *gemmatus* ψηφωτὸν, διάλιθον. 162
GEMMVLÆ oculi in vitibus. 253
GENIALE BALSAMVM voluptuarium. 249
GENIALIS LECTVS κλίνη συμμαίη. Firmicus: *ad conſortium thori genialis adducet.* 117
GENIALIS hac voce vtitur aliquotiens vt CANITIES, CÆSARIES, FLOS, LOCVS, Iſidorus *geniatus, genialis, gratus.* 25.120.134.168
GENIALITER voluptariè. 246
GENITALIA αἰδοῖα. 249
GENITIVI IN VM. 103.141
GENITIVVS CVM VERBO CVRARE. 160
GENVINVS naturalis. 141.156. 164.203
GENITVRA γένεσις Aldhelmus: *vitam fato & geneſi gubernari.* 351
GENV NIXA ingeniculata. 174
GERERE ÆDILEM, MILITEM, FACIEM, SALVTEM. Sic & Florus lib. 1. de Lupa. *Matrem ſe geſſit.* 113.259.260. 262
GERERE GRATIAS *agere*, noue dictum. 270
GERVLA. 182
GERVLONES geruli. 141.149
GERVLVS VERBORVM. 149. 323
GESTAMEN ſarcina φόρημα. 197.214.258
GESTAMINVM MODVS copiæ. 141
GESTICVLARI Onomaſt. *geſticulor* χειρονομία. 359
GESTIRE cupere. 103.117
GESTIRE Papias, *exultare, gaudere.* 255.260
GESTIEBAM IN AVEM cupiebam auis fieri. 339
GESTVOSVS ſic apud Agell. lib. 1. cap. 1. *Geſtuoſa manus.* 253. 262
GIGNENTIA genita. 6
GINGIVVLA. 278
GLABELLVM FÆMINAL τὸ γυναικεῖον vide FÆMINAL. 122
GLABELLVM CORPVS pulchrum. 168.349
GLADIATORES latrones, alias μονομάχοι, qui in ſpectaculis mutua ſe cæde trucidant. In paſſione Oronzii, pro carnifice ponitur *gladiator. Quos gladiator aſpiciens, genua curuantes amborum capita ſuſtulit.* 155
GLADIATORIA VERSVS. 121
GLADICVLVS ξιφίδιον. 122
GLADIVM STRINGERE σπᾶν ξίφος. Phædrus: *Stringit gladium.* 256
GLEBVLENTVS. 46
GLEBOSVS. 105
GLISCERE creſcere. Nonius in Gliſcere Plautus Aſinaria: *Gliſcit prælium.* 208

GLOBOSVS σφαιροειδής. 276

GLOBVS multitudo. Sic *globus beſtium* apud Quintil. lib. 3. *Globus conſenſionis* apud Nepotem in Vita Attici multitudo conſpirantium. Aldhelmus: *Conglobatos inſtanter hortatur ad bellum.* 141. 168.363

GLVTINVM Papias: *Gluten & Glutinum coniunctio ſeu conſolidatio qua glutinatur aliquid.* Onomaſt. *Glutinamentum*, κόλλημα. Aldhelmus: *Apes de diuerſis pratorum floribus flauentium faucrum machinas tenaci glutine ſarcientes.* 100

GLVTINOSVS CIBVS. 103

GNARVS callens. Onomaſt. *gnarus* ἐπιστήμων. 185

GNARVM *pro* noto. 281

GRABATVLVS κλινάριον. Interpres Euangelii S. Marci retinuit vocem latinam cap. 2. ἔγειραι & ἆρον τὸ κράββατόν σου. 107

GRACILIS leuis ſeu tenuis. 219 287

GRATIA *pro* cauſa. 332

GRATIOSVS BONIS ARTIBVS. 190

GRÆCACIOR. 319

GRÆCIA SVBCISIVA ſecunda Græcia. Sic *laudes ſubciſiua* apud Arnobium lib. 5. *Laudes ſecundaria* vt obſeruat Caſaubonus contrarium GERMANA GRÆCIA apud Plaut. Rudente ſcen. Exi è phano. 294

GRÆCIENSIS. 265

GRÆCISSARE Onomaſt. *Græciſſo*, ἑλληνίζω. 336

GRAMMATEA. 265

GRANATIM per grana. 177

GRANDÆVVS πολυετὴς γέρων. 73

GRANDILOQVVS, *grandia loquens* Papias. 268

GRANDINARE. 8.P

GRASSARI de latronibus. Firmicus: *Scythæ ſoli immani ferocitatis ardore graſſantur.* Doctè Budæus ad Pandectas f. 169. & in Reliq. Pandect. 190

GRASSARI de re venerea. 122

GRATIÆ Gloſſæ: χάριτες θεαί. 171

GRATIA decor, ſic *gratia orationis*. Et *gratia candor*. apud Firmicum in Aſtron. & *oculi grato venuſtatis ſplendore fulgentes.* 116.118.123

GRATIAS MEMINISSE. 134. 194

GRATIAS PERHIBERE. 181

GRATIAS GERERE agere. 270

GRATIOSVS κεχαριτωμένος. 173

GRATIS ſine precio. 296

GRATVS *decorus*. Firmicus: *venuſtis corporibus grati.* 341

GRAVARI ALICVIVS PRÆSENTIA. 163

GRAVATVS ANNIS. 210

GRAVARE VVLNVS corrumpere. 177

GRAVI-

GRAVIDARE implere. Nonius. 61

GRAVIS IN ANNIS. Seneca conſol. ad Heluium: *Grauis ſenio.* Ouidius 4. Metam.

—— Oculis in morte Grauatos Pyramus erexit.

Sic MÆSTVS IN LACHRYMAS antea dixit. 112.115

GREGARIVS armentarius. 194. 197

GREGATIM globatim grege facto. 192

GREGATIA PECVA. 182

GREGES multitudo auium. 58

GREMIVM OCEANI. 171

GROCCIRE de coruis Papias, *coruus grocitat.* 366

GRVMVLVS incongeſta congeries. Vide Nonium. 177

GVBERNATOR, κυβερνήτης, Gloſſæ *Magiſter nauis.* 74

GVLO, luxurioſus, popino, prodigus, vorax, manduco. Gloſſæ: *Gulatores* λάγνοι, μάχλοι, κοιλιοφαγάδες. 311

GVRGVSTIOLVM οἰκίδιον caſula parua. 212.147

GVSTVLVM pro ouis & cibo primo. Martialis epiſt. 32. lib. 6. Lipſius lib. 3. Antiqu. lect. 232

H.

HABERE VENVI vendere. 210

HABEO εἰκάζω. Cicero lib. 3. de natura Deorum: *alter ſub terra habetur.* 25

HABET AFFERRE poteſt afferre. 243

HABITVS differt ab habitudine. 111.235

HABITVS veſtitus, Paſſio Albani: *Albanus hoſpiti ſui habitum induens, vinctus productus eſt.* 113.191.296

HÆREDITARIVS κληρονομικός. 126

HAMOS ponit inter cibos delicatos. Reperio hanc vocem in actis S. Eulaliæ Martyris, ſed alio ſignificatu; verba adſcribam: *Sinapin cum aceto adferte, & in naribus eius infundite & calcem & acetum ſuper plagas eius ſpargite. Eulalia reſpondit, ſinapin non intelligo, & calcem non ſentio potum hamo conditum dediſſe mihi. in calce autē & aceto non nocuiſti.* 245

HARPEYÆ MALÆ de malis mulierculis. 124.245

HASTÆ pro dentibus acutis. 295

HAVRIRE ſumere. 189

HAVRIRE diſcere. 352

HAVRIRE deuorare. 170

HAVRIRE PORTVM peruenire in portum. Statius libr. 1. Thebaid. verſu 367

—— Non ſegnius amens
Incertusq; viæ per nigra ſilentia vaſtum
Haurit iter.

Ariſtophan. Ranis act. 2. ſc. 1. οὐ μὴ διατρίψῃς ἀλλὰ γεύσῃ τῆς θύρας, quem verſum melius Dinus quam Friſchlinus reddidit,

Non immoraberis ſed guſtato portam

Caue ne conteras oſtium ſed fac aperiatur. 270
HEBESCERE de corpore. vide Pythæi ſubciſ. lib.2. cap.10. 51
HEBES IVMENTVM aſinus. 246
HEBETATVS. 189
HELCIVM SPARTIVM copula Spartea. Sic *Helciarii* Sidonio lib.2. c.10.
Qui trahunt funibus nauigia aduerſo amne. 222
HELLVO λαβύκτης, ἄσωτος. 302
HEM increpantis. 104.109. 193
HERCVLES certe. 115.126. 162
HERCVLES de muliere, quod quidem negat Agellius lib. 11.6. verum Apuleius non obſeruauit moroſam hanc ſcholaſticorum diligentiam 163
HERBA PESTILENS acuta καυνεῖον. 255
HERBENTES PRATI. 144
HÆREDIOLVM κτημάτιον. 348
HERILIS Domina δέσποινα. 155. 188
HESTERNVS χθεσινός. 126
HEV ME accuſantis. 249
HEVS TV inclamantis. 108. 131
HIARE. 133
HIC pro hæc. ſæpè apud Apuleium, vt etiam Priſcianus notat. 104.150.159.171. 173.188
HIC ISTE. 120
HIEMS ANNI. Sueton. Cæſare; *hieme anni.* 320
HILARARE. 104.165
HINC INDE. 123.125.128. 141.142
HINNIRE de equis. 30
HIRCINVM BARBITIVM hirquina barba Plauto Pſeudulo. 260
HIRCOSVS Onomaſt. Hircoſus τραγομάσχαλος. 169
HIRTVS. 276
HITORIA narratio. 195
HOC ÆTATIS, HOC NOCTIS hac ætate & hac hora nocturna. ſic HOC ÆVI in apologia. 109.171
HOMINES RELINQVERE morii. 2
HOMVNCIO Gloſſæ ἀνθρωπάριον, *homullus, homuncio.* 219
HOMVNCVLVS ἀνθρώπιον. 222
HONESTAMENTVM honeſtas. 276
HONESTARI BENEFICIIS. 194
HONORARE MVNERIBVS. 268
HONORIPETÆ honoris appetones. 20
HONORIS GRATIA. 50
HORRICOMIS villis onuſtus. 151.192
HORREVM apotheca ſiue locus quo prætioſæ res reconduntur. 141.159
HORRIBILIS φρικτός. 214
HORRIPILARE Papias: *Horripilatio, horror & erectio pilorum.* Gloſſæ *horripilatur* ὀρθοτριχεῖ. Gloſſæ Iſidori *horripilatur,*

ripilatur, horret. 140
HOSTES NOSTRI TAM DIRAM PEREGRINATIONEM INCIDANT Formula precandi ſcæua & infauſta. 120
HOSTIÆ LVSTRALES circumforaneæ. 304
HVMANITAS *pro* ipſis hominibus. 180
HVMEROTENVS. 10
HVMIGATVS humidus ἐνικμος. 340
HVMOR SPVRCISSIMVS lotium. Vlpiano lib. 14. D. de ædilit. edict. *Humor collectus veſicæ.* Quinto Sereno, Arnobio, & Lucretio, *ſaccatus corporis humor.* 110
HVNCCINE huncne πόϑεν. 218
HYMENÆVS CANTVS carmen nuptiale. 154. 175

I.

IACERE neglectum eſſe. 162. 173
IACERE SERMONEM Lampridius Heliogabalo: *Iacere ſermones per coronas.* Ouid. Triſtibus: *Iacere ebria verba.* Lucretius lib. 4. *Iacere vocem.* 103. 104
IACENS IN MORTVVM. 144
IACERE DVBIVM SALVTIS. 171
IACTARI FVRORE. 218
IACTABATVR ῥιπίζεται, σαλεύεται. 175
IAM IAM παραυτίκα. 109. 113. 216
IAMINDE. 304
IANVÆ FORES, ſic SAGITTÆ TELA, AVRA AERIS, POSTLIMINIO MORTIS, QVIETIS. vide ITER VIÆ. 150
ID GENVS huius generis. 115. 207. 217
IDIOTISMVS inquit Seneca controuerſiarum lib. 7. controuerſ. 1. *eſt inter oratorias virtutes res quæ raro procedit. Magno enim temperamento opus eſt & occaſione quadam.* Vide Dionyſ Longinum pag. 16. noſter illo vſus pagina. 146. 159 189. 193
IGNARVS LATINI SERMONIS. 135
IGNAVIA inertia naturalis. ſic & ſupra HOMINEM IGNAVVM pro inualido poſuit. 70. 119. 214
IGNESCERE. 59
IGNIGENVS. 197
IGNICVLVS de amore vehementi. Vide de la Cerdam ad 3. Eclogam Virgilii fol. 56. 118. 119
IGNIS DEVS Cupido. 168
IGNOBILIS ἄγνωστος ignotus. & *ignorabilior* in gloſſis ἀγνωστότερος. ſic *ignorare* non noſſe apud Terentium Heauton. & Plautum Amphitruone & Pſeudolo. 160
IGNORABILITER. 137
IGNORATVR NEMINI nemo ignorat. 313
ILLATENVS eo vſque. vtitur & Agellius hac voce lib. 1. cap. 6. & c. 19. lib. 16. 326
ILLAVDATVS. 152
ILLECTAMENTVM ϑέλγητρον

illicium. 335.338

ILLICES OCVLI quorum aſpectu ad libidinem incitamur. Et *illices voluptates* apud Lactant.lib.7.cap.vltimo. *Omittendæ ſunt huius præſentis vitæ illices voluptates.* ſic rectè manuſcripti vulgati, *illecibiles* legunt. 323

ILLEX ANIMI VENVS Papias, *illex, incitator, prouocator.* Plaut. Pœnulo ſcena Quid eſt quid vultis. &c. *Ne nos leno nouerit Qui illi mala rei tanta fuimus illices.*

ILLVNIVM TEMPVS obſcurũ. ſic & ILLVNA CALIGO. Onomaſticon. *illunis,* σκοτομήνη. 150.232

ILLVBRICANS. 217

ILLVDO cum quarto caſu. 107

ILLVD DIEI HORÆ Suetonius Nerone cap.26. *nunquam ſe publico illud hora commiſit.* 109.343

ILLVMINARE enodare. 127

ILLVMINÆ NVPTIÆ obſcuræ. 173

ILLVTIBARBVS intonſus & crinium ſordibus ſqualidus. 341

ILLVVIES ἀλυσία ſic & *illuuies meretricationis* apud Chryſolog.ſer.115. 105.204

IMAGO ET STATVA differunt. 115

IMAGINABVNDVS. 129

IMAGO SVAVII, VERITATIS. 197.242

IMBER pro copia. Aldhelmus: *denſis lapidum imbribus obruti.* 209

IMMANIS Gloſſæ : *immanis,* μέγιστος, ἄγριος. 179.181.198. 343

IMMATVRIVS tardius. 180

IMMEDICATVM os valde medicatum. Sic enim inibi legendum, non MEDICATVM, vt operæ expreſſerunt. 323

IMMEDITATVS INCESSVS. 115

IMMEDITATVS SONOR. 357

IMMENSVM nullo termino concluſum. 59

IMMERITO *pro* merito. ſic *infibula, inacus, incaſtus, incurſus, inanimalia* apud Tertul. & *inritus* apud Arnobium lib.1.contra gentes. 109

IMMERITVS non meritus. Paulinus:

reſpuit omne immeritum. 280

IMMINVERE διαπαρθενεύειν propriè de congreſſu viri & fœminæ. Lactantius lib.1.c.10. *Omitto virgines quas imminuit.* Vide Notas ad Arnobium. 350

IMMODICE vehementer. 188

IMMVNITVS non munitus. 202

IMPATIENTIA inhoneſta libidinis tentigo. Hieronym. contra hæreſ. Iouiniani: *Omnis impatientia nudata eſt.* & poſt : *prò nefas impatientiam ſuam ſcripturarum ſolantur ſolatio.* Firmic.aſtron. lib.8.c.12. *Puellarum concubitus cæca nocte ſectantes & nimio impatientiæ ardore poſcentes.* 121

IMPA-

IMPATIENS DILATIONIS. 240

IMPEDITI CRINES decenter implicati. 168

IMPEDITVS illigatus. 193

IMPENDIO valde. ſic IMPENDIO SVADERE, EXVSARE, MIRARI. 53.122

IMPENSO PRETIO magno pretio. Liuius lib. 2. *impenſo pretio veniebant in publicum.* 295

IMPENSIS PRECIBVS ORARE. 336

IMPENSVS LABOR magnus. 276

IMPETIBILIS impurus. 328

IMPIARE polluere. Onomaſticon *impio μιαίνω* Plautus Rudente act. 1. ſcen. 3. *Si erga parentem aut deos me impiaui.* Feſtus: *impiatus.* 110.131

IMPINGERE ingerere. 193

IMPLICARE ANGORIBVS. 137

IMPLICATVS ſiue IMPLICITVS MORBO, FATO, SOMNO. 143. 242.176.137

IMPOENITENDVS non pœnitendus. 271

IMPOS ANIMI Plaut. Caſina ſcen. Nulla ſum. &c. *Eripite illi gladium qua ſui eſt impos animi.* Contrarium eſt, *compos animi* apud Salluſtium. 35.135.168

IMPOTENS nimium potens. ſic Vlpianus lib 19. D. de officio Procoſſ. *Impotenter gerere.* Hieronymus: *Impotentiſſimus diues.* & ſæpe apud Ciceronem: *Impotentia animi.* Firmicus: *Factioſi homines erunt & quos impotentia delectat improbitas.* 5.26

IMPOTENTIA. 26.237. 238

IMPRECARI in bonam partem *pro* exoptare. Hieronymus ad Pammachium: *Cui multos imprecamur annos, vt hæreſeos rediuiua plantaria per illius ſtudium longo tempore arefacta moriantur.* Braulion epiſtol. 1. *Dependere præſumo ſalutis obſequium, & cordis & corporis humilitate proſtratus, imprecans excellentiſſimæ tuæ Beatitudinis poteſtatem vt peculiarem famulum vſque in finem habeas commendatum.* 127.228

IMPRECARI deteſtari. 194

IMPRIMERE SAVIVM. Author lib. de amicitia apud Auguſtinum tomo 4. *Eſt oſculum corporale quod fit, impreſſione labiorum.* vide Notas ad Minutium. 119

IMPRÆSENTIARVM in præſenti. Sic Hieronymus Deuteronom. 5. ὑμεῖς ἢ πάντες ὧ ζῶντες σήμερον vertit, *nobiſcum qui impræſentiarum ſumus & viuimus* pro quo alii, *in præſenti die.* Eximiè delectatus eſt noſter hac voce qua XII. vſus. Schoppio ea non placet. Attamen placuit priſcorum verborum amatori Catoni *de Re ruſt.* c. 144.

& optimo Latinitatis magiſtro Vlpiano *lib.*1. *D. de tabul.exhibendis* & naſutiſſimo Vallæ. *Elegant. lib.*4. *cap.*12. multisque aliis claſſicis autoribus, quà antiquis, quà nouis. ſed quid illi placere poteſt, cui nihil placet. 48. 49.52.305.308.316.331.348. 355.358.359

IMPROVIDA NOX obſcura. 128 137

IMPVRATISSIMVS. 111.125. 221

IMPVNIS impunitus. 132

IN περιλχεῖ. 115.116.118.119. 120.130.154.298

INABSOLVTVS. 294

IN ASINI FACIEM inſtar aſini. ſic lib.4. IN LAVRI FACIEM & ad BELLI FACIEM. 141

INACCESSA inacceſſibilis. 128

INACCESSA FORMOSITAS. 155

INACVIT pupugit Plaut. Bacchid. ſcena Quicunque vbi ſunt &c. *Hoc eſt quod paraceſcit, hoc demum eſt quod excrucior.* 163

INAFFECTATVS naturalis & minime affectatus. 115.255

INAGERE præcipitare. Quintil. Declamat. 2. *Cupiditas iuuenem egit in facinus.* 148

INALBARE condeſcere. 248

INALTATVS exaltatus. Paulinus:

qui ſuperbos deprimit,
Humiles inaltat. 48

INANIMI CIBI. vide quæ dixi ad Minutium. 271

INANIMA CASTIMONIA frugalitas edendi qua ab animalibus abſtinentes, cibariis veſcimur anima carentibus. *Beroaldus.* 272

INANIMALIA. 377

INANIMIS ἄψυχος. 108.125

INASPECTVS inſpectio. 215

INAVERSIBILIS. 110.163

INAVGVRATVS POCVLIS. 190. 191

INCANTARE cantare. 210

INCANVIT. 61

INCAPISTRARE illaqueare: Onomaſt. *incapiſtro* φιμόω. ſic *incaſtellare* pro *vallare* in Concilio Palentino. 266

INCENDIVM VERBORVM Minutius: *Flagella verborum.* 167

INCEPTVS inceptio. Nepos in Iphicrate: *Epaminonda retardauit inceptus.* 289.P

INCERTA CONSILII. 167

INCERTA VERBORVM SALEBRA BALBVTIRE. 114

INCERTARE incertum reddere: Nonius. Plautus Epidico, ſcena ſi quid homini. *Longa dies animum incertat meum.* & *incerta regines* Rudente, *incognita.* 265

INCERTVM dubium. 156

INCERTARE SERMONEM infringere. 164

INCESSERE culpare. Arnobius lib.1.cont.Gentes: *nos calumnioſo inceſſitis crimine.* 214. 273.

INCESSVS PERFLVVS geſtuoſus. 260

INCIDE-

INCIDERE SCÆVAM FORTVNAM. 120

INCILES Gloſſæ: *διώρυγες foſſa* dicuntur quæ in viis fiunt. Vide Feſtum. 221

INCINCTVS cinctus. 190

INCLINARE inter obſcæna. Plautus Perſa ſcena Tranſcidi loris. *Inclinabo me cum liberta mea.* Juuenalis Satyr. 10. verſu 24.

—quot longa viros abſorbeat uno
Maura die, quot diſcipulos inclinet Hamillus.

220

INCOGNOSCERE valde cognoſcere. ſi *incanus* Tibullo, Plauto & Columellæ *valde canus*. incoquere valde coquere Tertulliano. & Vegetio in Mulomedicin. 362

INCLITVS LATRO antea FAMOSVM dixit. 190

IN ÆTERNVM CONDITIS OCVLIS perpetua morte clauſis. 113

INCLEMENS CVRSVS immodicus. 262

INCOLERE habitare. 260

INCOMITATVS ſine comite. 250

INCOMMODARE commodare. 202

INCOMMODARE officere. 318

INCOMMODVM damnum. 303

INCONCVPISCERE valde concupiſcere. 336

INCONDITE MANDVCARE infrunite manducare. & *incondita comeſſationes* apud Ambroſium li. 3. de virginibus. 164

INCONDITA MOLES inextricabilis. 177

INCONNIVI OCVLI, VIGILIÆ, pro exertis oculis & ſumma vigilia. ſic *inconniuens* apud Agell. lib. 1. c. 2. *pro* immobilis. 110. 124

INCONTATÆ non moratæ. 164

INCONVENIENS indecorum. 70

INCORAM OMNIVM ἀρχαϊκῶς *pro* coram omnibus. 197. 221. 223. 241. 249

INCORONATVS non coronatus. 155

INCORPORALIS ſine corpore. 43

INCREDITA non credita. 52

INCREDVNDA. 120. 304

INCREMENTVM de pulchrè pleno vtero. 164

INCREMENTVM filius. ſic Virgil. eclog. 3.

—Magnum Jouis incrementum.

Vide Turneb. lib. 6. c. 13. aduerſar. 171

INCREMENTA NILOTICA. 113

INCREPITVS obiurgatus. 323

INCREPITVS increpatio. 52

INCRETI FVRFVRES ſordidi. 194

INCVRIA per incuriam. 173

INCVRRERE inter obſcœna Minutius Felix: *Dum venerem promiſcuè ſpargitis neceſſe eſt in veſtros recurrere, in*

filios inerrare. 250
INCVRVVS LABORE. 232
INCVSTODITVS liber. 178
INCVTERE SOLLICITVDINEM. 107
INDAGATVS indigatio. 191
INDAGO inquiſitio. 151
INDEFECTVS perpetuus. 44
INDEFLEXVS. 42
INDEFESSVS LVCTVS. 260
INDEMNATVS innoxius. 256
INDICARE æſtimare, Plautus Perſa, Scena Satin, Athenæ: *Indica fac precium* Do. *Tua merx & tua indicatio eſt*. 94.113
INDICINA, *Pramiũ quod indicibus datur*. Glloſſa Seruii *Indicina* μηνυτρον. 116.199
INDIGENVS SERMO vernaculus. 102
INDIGVVS indigens. 222
INDIPISCI aſſequi. Feſtus & Plautus ſæpe. 175.203
INDIVIDVVS inſeparabilis Tertulliani locus de Pœnit. cap. 5. Sic legendus: *Quorum indiuidua cum Diabolo amicitia eſt*, vulgati, *quorum inuidia* inſulſe. 154.266
INDOCIBILITAS. 14
INDOLENTIA ἀναλγησία Vtitur & Seneca hac voce epiſt. 88. Sidonius carmine. 3. ad Polemiũ *Indoloriam* vocat. Sed inibi Manuſcriptus Nanſii & Ortelii indoliam legunt. 18
INDVCIÆ NOCTIS μεταφορικῶς. 126
INDVCTVS deceptus. 207
INDVERE AVEM transformare ſe in auem. 124. 139
INDVERE LAQVEVM Plautus Caſina. Scena Nõ mihi, &c. *Proin tute in laqueum induas*. 109.186
INDVERE SE LORICA. 71
INDVSIARI Martian. Capella lib. I. *Ipſum Tonantẽ induſiari publicis exuuiis cerneret*. Gloſſę Iſidori, *Induſiarij, veſtiarij*. 214.231.253
INDVTVS calceatus. 227
INEFFABILIS. 75
INENODABILIS Gloſſæ δυχερὴς, ἄλυτος πλακείς. 276
INENORMIS non enormis ſic *Enormis* & *Exenormis* pro immani apud Iſidorũ. 248.263
INEQVITARE equitare, Arnobio eſt *inſultare*. 129 (245
INESCATVS ſaturatus. 194.141
INESCATVS correptus. 288
INERRARE. 3. P. (21.56.269
INEXPLICABILIS inexplebilis.
INEXTRICABILIS MORBVS inexplicabilis, inſanabilis. 242
INFAMARE Gloſſę ἀτιμάζω infamo. 274
INFANDVS MORBVS pedicularis. 352
INFANTILIS VTERVS Iuuenilis. Sic *infantilis infirmitas* apud Cyprian. De natiuitate Chriſti. 164
INFECTVS PESTE. 218
INFERNVS PALLOR infernalis. 241
IN FERRO ESSE ſic in peruigilio Veneris,

Totus eſt in armis idem quãdo nudus eſt amor.

131

INFE-

INFESTVS noxius. 124.126. 190
INFESTVS iratus. 172
INFICERE maculare. 109
INFIMARE infimum facere. Sic *infimatis* infimus apud Plautum. 44.105
INFIMVM MATRIMONIVM peſſimum. 164
INFINIBILIS. 4
INFIRMVS ANIMI. 168
INFIT ἄρχει λέγειν. 120.124.161. 199
INFLAMMATVS INDIGNATIONE. 228
INFELIX ARBOR infæcunda. 74.288
INFORMES inuiſibiles. 160
INGENIVM natura. Sic Agellius, *Lactis ingenium, ligni ingenium, vultus ingeniũ*. Tertull. De habitu mulieb. c. 2. *Herbarum ingenia*, Florus, *loci ingenia* Silius, *colli ingenia* Sic *ingenitum* Tertulliano *naturale* aduerſus Marcionem lib. 1. cap. XXII. & XXV. Scorpiaco cap. I. *tot venena quot ingenia* Vbi inepte Ciaconius, *tot venena quot & genera*, reponit. *Ingenium* inibi φύσις & *naturalia* φυσικά. 47.56
INGENIVM MENTIS ingenuitas Vide Vulcanii notas ad lib. de mundo pag. 5. 48
INGENIATVS. Verbum elegantiſſimum ab ingenio deductũ, quo etiam vtitur Plautus. Milite Scena *Cohibete*. Agellius li. 12. c. 1. *Bene ingeniata primordia*, & Chalcidius in Platonis Timæum. *Quoſdã homines ita ingeniatos vt cito diſcant* in Plautinis Codd. tam Manuſcriptis quã vulgaris, ne quid diſſimulẽ, non *ingeniatus* Sed *ingenuatus* male legitur. 360
INGERERE SAVIVM. 168
INGESTANS geſtans. 264
INGLVVIES gula. 190. 166.170
INGRATA VIRGO inamabilis. 157
INGRATIS præter animi ſententiam. Sic ſæpe Plautus & Terentius. 26. 114. 123. 133. 186
INGVRGITARE RERVM Plaut. *ingurgitare vinum* Cicer. in Philipp. *Ingurgitare flagitiũ*. Agellius. *Ingurgitare omne ingenium*. 190 192
INHABILIS OPERI poſtea dicit INVTILIS MINISTERIO Contrarium eſt, habilis vt Ouidius. *Habilis bello*. 198
INHALARE Onomaſt. *inhalo* ἐμπνέω. 116
INHALATVS nomen. 119
INHIARE auide petere. *Inhiare hæreditatem* apud Plautum Sticho, Scena ſed ita quod occepi. 142.197.310
INHONESTA MENTVM Salluſtio, Agellio, & Arnobio *dehoneſta mentum* αἰσχύνη. 275
INHORRESCERE. 68
INHORTARI *valde hortari* cum tertio caſu. 209

INHVMANVS cœleſtis. Sic lib. 11. Metamorph. INHVMANVS ASPECTVS, diuinus. 162
IN IRRITVM CADERE. 90
INITIALIS originalis. 156
INITIATVS ſacris imbutus. 136
INLICENTIOSVS liberalis. 123
IN MVLTVM DIEM. Sic Cicer. *ad multam noctem.* 152
INNEXVS vinculum. 115
INNOXIVM quod nihil nocet. 202. 135
INNVPTVS ἄγαμος. 254
INNVTRITVS DELICIIS. 153
INOCVLARE exornare. 185
INOCVLARE ARBORES, *Emplaſtrari* Columellæ lib. 5. c. 10. Et Palladio in Nouembri tit. 7. Theophraſtus de cauſis Plant. lib. 1. ἐνοφθαλμίζειν, *inſerere*, & ὀφθαλμὸς, & ἐνοφθαλμισμὸς. *inoculatio* ſiue *germen inſertum.* 343
INODORVS, odore carens. 143
INOPTABILIS deteſtandus. 222
INORDINATVS ORNATVS neglectus. 103
IN PAVCIS ANNIS. 322
IN PINNAS SE DARE auolare. 182
IMPETIBILE turpe. Iſidori Gloſſæ *improbum* interpretantur. 175
IMPOENITENDVS non pœnitendus. 271
IN PROPATVLO ET CELEBRI AGERE. 284
IN PROCINCTV. 259
IN PROXIMO, in vicinia. Plin. lib. 10. epiſt. 39 *Quæ aut Romæ aut in proximo fiunt.* Salluſtius bello Jugurtino: *qui in proximo locati fuerant paulisper territi perturbantur.* Errat Putſchius qui hic legit, *qui in primo l. f.* ſic poſtea: & *proximo Carthaginem & Hiſpaniam* dicit. Et noſter in apologia: *de proximo.* Plautus Caſina ſcen. Nulla ſum. *Dolum ex proximo hunc protulerunt.* Scena Spectatores: *Huius reperietur filia eſſe è proximo.* 328
IN QVIETEM PERMITTERE. 127
INQVIETA QVIES ſomnus tumultuoſus. *Inanis ſomnus.* Cœlio Aureliano libro 1. Chron. paſſion. 205
INQVIES inquietus. ſic *inquies vir* apud Velleium, & *inquies animus* apud Plin. 121
INSCENDERE Papias, *inſcendit, aſcendit, inſcendere arborem.* Plaut Aulular. 113. 209
INSCENDERE ET INSCENSVS in re Venerea. 160. 194. 197. 249
INSCIVS ἀμαθής. 308
INSCIO TRAMITE ignota via. 170
IN SE RECEDERE mortalium oculis ſeſe ſubducere. 260
INSIDIOSA VERSVTIA. 325
INSILIRE cum quarto caſu. 137
INSOLENS CONTVMELIA. 275
INSOLENTIA αὐθάδεια. 278

INSOLITVS. 142

INSONÆ LITTERÆ mutæ. Gloſſæ *inſonus* ἄφωνος. 66

INSONVM VESTIGIVM minime obſtreperum. 137

INSTANTIA Gloſſæ *σπουδὴ ἐπιμονὴ, ἔνστασις παρουσία, ἔπειξις.* 124

INSTANTIA ratio. 267

INSOMNIS. 124

INSPECTVS aſpectio. 254

INSTAR ſimilitudo. Gloſſæ: *inſtar, ſimilitudo, ὁμοίωμα, ἀπεικόνισμα.* Sic in libro de mundo ; ad hoc *inſtar*, pro, *ad hoc exemplum.* 72.346

INSTAVRARE FACINVS. 133

INSTINCTA incitata. Agellius lib.3. cap.vltim. *Non modo nos repreſſit, ſed inſtinxit ad elegantiam* Liuius lib.4. *Ingens multitudo velut fanatico inſtincta curſu in hoſtem ruit.* 228

INSVMERE impendere. 204

INTERSTREPERE. 126

INSTRICTVS commotus. 211. 221.225

INSTRICTVS faſciatus. 242

INSTRVERE APPARATVM de Magia. 168

INSTRVENS. 165

INSTRVCTIO verbum forenſe. vide Briſſonii Lexicon. 172

INSTRVCTIVS. 196

INSTVDIOSVS. 299

INSVAVIS. 117.198.232

INSVLARE. 13

INSVPER FLVCTVS ſupra fluctus. 265

INSVPER HABERE, negligere. Vtitur & hac voce Agellius lib.1. cap.9. & Papinianus JC. vt obſeruat Cuiacius lib.3.cap.22. obſeruat. 107. 154

INSVRGERE aſcendere. 103.116. 145

INSVTITIVS. 187

INTEGRARE redintegrare. 122. 128.174

INTEGVMENTVM CORPORIS *pro* operimento. Vide Plautum Gruteri pag.572. 81

INTEMERATVS integer, incorruptus, inuiolatus. 111.227. 354

INTEMPERATA non temperata. 14

INTENTVS ÆRVGINI incubans diuitiis. 112

INTENTIO σκοπός. Tertullianus de pudicitia cap.5. *ſi etiam ſequentia illius epiſtolæ ad intentionem Apoſtolorum extendas.* Vulgò *intentationē.* 105

INTENDERE CRIMEN. 276

INTENTIORE ACIE *irretortis oculis*, dixit Horatius. 110

INTERCAPEDO διάστημα. 44. 282

INTERCEPTVS hauſtus. Gloſſæ: *interceptus*, ἀποσπασθείς. 73

INTERDVM interim. 149.171. 226

INTERFOEMINEVM τὰ γυναικεῖα. Vide FÆMINAE. 296

INTERFICERE de virginitate. 160

INTERGARRIRE. 184

INTERMINATVM ſine ter-

mino. 57

INTERMICARE. 66

INTERNECIVVM exitiale. *Interneciuum genus morbi* apud Agell.lib.2.cap.1.Liuius lib. 27. & Papias *Internecionem, pro* peſtilentia & morte ponunt. ſic *internecida* in Gloſſis Arabico-Latinis, *qui hominem occidit.* & : *prælia interneciua*, apud Mamertinũ panegyr. Maximin. dicto. 164

INTERNVNTIA Papias: *Internuncius, mediator, interpres,* 224

INTERSCAPILIVM ſiue INTERSCAPVLVM (vtroque enim modo ſcribitur) ſpacium illud quod inter ſcapulas eſt. Gloſſæ μετάφρενον *conſcapliũ & interſcapulum.* Deſignatianus: *Lumbi grauabuntur interſcaplium contrahetur.* Cælius Aurelianus lib.1.c.6. *Vel mordicationes oris vel ventris vſque ad interſcapulum, quod Græci μετάφρενον vocauerunt.* 250

INTERSPERSVS. 165

INTERIBI interea, interim. Papias *interibi.* Ter vtitur Plaut. Aſinar.ſc. *Ain tu meũ virum* &c. Captiuis ſc. *Joui Diiſq;*, Rudente, ſcen. *Aliquãdo.* Et Agel.lib.2.c.9.lib. 3.cap.7. Quod miror Scipionem non vidiſſe. 120

INTERVISERE ex interuallo viſere. 44.113.176.184

INTERVOCALITER CLAMARE alta voce clamare. 245

INTERFICERE SERMONEM. Sic lib.5. INCERTARE SERMONEM dicit & Horat. *ſingultim loqui.* 164

INTERSTINGVERE penitus extinguere. 147

INTERVLA χιτωνίσκος. 205

INTESTABILIS improbus. Salluſtius bello Jugurtino. *Improbus inteſtabiliſq; videtur,* & 1.hiſtor. *peior atq; inteſtabilior metu veſtro fuerit.* 19

INTIMARE inſerere γνωρίζω Coneil. Trecenſe. *Diſcretioni veſtræ intimare curauimus.* 14.56

INTIMIS AFFECTIONIBVS LÆTARI. 134

INTOLLERE CLAMOREM. 243

INTORQVERE MOLAS. 221

INTRAHERE SVLCATOS GRESSVS de ſerpentibus. Vide Arnob. lib.6. 176

INTERIMENTA & INTRITVM de cibis ἔμβρεχα in gloſſis. 244.265

INTVS ÆDIVM, intra ædes. 215

INVADIT *aggreditur* in bonam partem. 112

INVALENTIA inualetudo. 11

INVERSIS VERBIS perplexabilibus. 320

INVESTIS PVER Gloſſæ Latino-Arabicæ : *inueſtis, impubis,* Cui læui pueritia ſplendicant depiles genæ. Sic *puer inueſtis & puer virgo* apud Priſcian. de Medicamentis

mentis libro 1. cap. 10. & Marcellum fol. 96. Tertull. de Anima cap. 56. *Obiit infans ſub vberum fontibus, puta nunc puer inueſtis, nunc veſticeps.* 171. 336

INVIDIOSÆ DIVITIÆ. 80

INVIDIT non vidit. 276

INVISVS non viſus ἀόρατος. Cicero de Aruſp. reſponſ. *Occulta & manibus inuiſa ſacra.* 160

INVISITATVS. 248. 359

INVISORES inuidi. 345

INVINIVS *pro* abſtemio. Onomaſtic. *Inuinius* ἄοινος. 286

INVIOLATA conſtans. Agellius & Arnob. *inuiolata valetudo,* inoffenſa valetudo. 32

INVITAMENTVM STIPIS *pro* pretio pecuniæ. 103. 322. 360

INVMBRARE ἐπισκιάζειν. 162. 254

IN VMBRÆ MODVM. Locutio admodum familiaris noſtro, libr. 3. IN MODVM EORVM QVI LVSTRALIBVS PIAMENTIS &c.

IN INSANI MODVM AIACIS.

IN SERVILEM MODVM.

IN MODVM ORTIVI SOLIS.

CERAM IN MODVM PROSECTARVM FORMATAM. 128

INVNDARE vndatim agitare. Plaut. Epidico: *Sed hic quis eſt ſuam qui vndantem chlamydem quaſſando facit.* Quintilian. lib. 11. cap. vltim. *Ingrediendo ventum concipere veſte.* 253

INVNCARE Sidonius libro 7. epiſt. 10. *Bicipitibus hamis inuncabantur.* 293. 341

INVOLVCRVM ſudariolum. Poſtea vocat INVOLVTA & TEXTVM LINEVM. 308

INVRGVERE ingerere. Vide Indic. Lucret. & lib. Emendat. 205. 205

IRE de fluminibus. 111. 145

IRE FVRATVM, PROHIBITVM, INFICIAS. 52. 348. 355

IRREMVNERABILE ἀνανταπόδοτον. 139. 269

IRREPOSCIBILE. Vtitur & Sidonius hac voce libro octauo epiſt. decimo quarto. 322

IRRISVI HABERE poſtea dicit LVDIBRIO HABERE. 172. 304

IRRITABILITAS. 11

IRRITVS vanus & futilis. 318

ITER INCIPERE, PERGERE, CARPERE, CAPESCERE, PORRIGERE. 109. 110. 121. 173. 174

ITER VIÆ, Lucret. lib. 5.

—quoniam ad ſummum ſuccedere honorem.
Certantes iter infeſtum fecere viäi. 107.110

ITER DEXTRVM commodum. 174

IVBAR *pro* ſoleipſo. 101.115. 144

IVBILARE & IVBILATIO de paſtoribus ruſticis. 209

IVMENTORIVM CONTVBERNIVM. 221

IVNGERE & IVGARE de nuptiis, ζεύγνυμι. 167.170.193. 220.317.320.329

IVRGIOSVS φιλόνεικος. 284

IVRIDICVS PROVINCIALIS, qui in prouincia ius dicit. Firmicus lib. 3. cap. 13. *Faciet primos Iuridicos qui prouinciis aut ciuitatibus iura reſtituant.* Gloſſæ *Iuridicus*, δικαιοδότης. 104

IVSSVM mandatum πρόσταγμα. 179

IVSTITIVM *pro* intermiſſione & quiete Gloſſæ ἀπραξία *Iuſtitium.* Sidonius lib. 2. epiſt. 7. *Diſceſſit nudiustertius non abſq; iuſtitio matrona Philematia.* 158

IVVENALIS PVBERTAS, Papias, *Iuuenis, iuuenilis,* & *iuuenalis*, & *iunior, iuuenior.* Priſcian. lib. 4. *Mors mortis, Iuuenis iuuenalis.* Sidon. lib. 4. epiſt. 13. *Præditus ſanitate iuuenali,* ſic MSS. vulgo *iuuenili* legitur. 67

IVVENIOR νεώτερος. 210

IVVENIS *pro* puella. 197

IVVENTAS. Male ediderunt operæ *Iuuentus.* 5

L.

LABES SORDIVM IMPVDENTIÆ, *Labes flagitiorum.* Arnob. lib. 4. *Labes populi.* Plaut. Perſa ſcena Curate. 121.204.278

LABORANS VESTIGIVM difficile. ſic *artes laborioſæ* Firmic. Aſtron. lib. 4. cap. 8. quæ circa ignem ferrumque verſantur. Et Ruffino in Joſeph. lib. 8. cap. 2. *Laboratores* operarii difficilis laboris. Gallus apud Non. *Laborioſus locus* in quo laboratur. Sidon. lib. 6. epiſt. 11. Laborioſum *pro* miſero ponit. Et apud Terent. And. act. 4. ſc. 3. Labor *pro* dolore. Gloſſæ *Laborioſus* κακοπαθής. 170

LABORIOSVS labore defeſſus. 209

LABORATVS effectus. 120

LAC in maſcul. genere. Non conſuluit doctiſſimus Caſtalio memoriam ſuam nec bonos autores, cum decade quarta cap. 3. in Criticos *lactem* non dici maſculino genere, ſcriberet. Nam & ego id apud Plautum Bacchid. ſcen. *Quis ſonitu & tumultu tanto* &c. Et Agellium lib. 12. cap. 1 reperi. Verba Plauti ſunt: *Haud ſcio quid eis opus ſit quæ nec lactem nec lanam vllam habent.* Agellii: *Quam*

Quam ad prabendum lactem adhibebitis. 214.215

Lacerare alicuius existimationem *pro* lædere. 171.182.243

Lachrymosus. 174

Lacinia pars veſtimenti flexuoſa Geneſ.cap.39. *Apprehendens lacinium veſtimenti eius*.Feſtus *Lacinia*. 105.118. 122.138

Lacertuli *pro* cibo mellito. Condiendi rationem docet Apitius lib.10.cap.3.

Laciniosum nimium redundans: *Lacinioſus verborum finibus*.Hieronym.epiſt.112. 287

Lacunosus Gloſſæ: *lacuna* πηλώδης τόποι. 105. 145

Lætare lætum facere. 134. 165

Læti faciem archaiſmus *pro* facie lætitiam præ ſe ferentes. 193

Lætificus. 128.174

Lævorsum ſiniſtrorſum. 111

Lagena vas vinarium.

ΛΑΟΙΣ ΑΦΕΣΙΣ. 265

Lamentatus lamentatio. 74

Lamia de muliere mala. Iſidorus Orig. lib. 8. cap. 11. 110.164

Lancea λόγχη, & *lancearius* λογχοφόρος. 203

Laniena ſectio. 217

Lanosum barbitium. 162

Lanugo prima barba. 189

Lapis *pro* miliario.

Lapis parius Petronius *parium marmor*.Vbi vide Wowerum. 116

Lapithi de barbaris hominibus. 146

Lar parua domuncula. 105. 111.112.115.128.148.160

Larualis horribilis, *vmbra laruales* apud Sidonium ep. 13.lib.3. 257.314

Laruale simulacrum ſceletus. 104

Laruatus larua infeſtatus. Aldhelmus: *Laruatos ac comitiales priſtinæ ſanitati reſtituit*. 231

Laruatus inſanus. Plautus Aulular.ſcena: Foras lumbrice. *Larua atque intemperiæ inſaniaque agitant ſenem.* 315

Lascessere relenteſcere. 204 240

Lascivire versibus poſtea dicit, ludere versibus. 271.319

Laser Gloſſæ Laſer, ὀπὸς, λασάριον. ὀπὸς σιλφίου. 246

Latex lacteus pura aqua. 111

Latibulum φωλεός. 203.215

Latina moneta, latino ſermone. Symmachus lib.1.ep. 4. *Moneta Latiaris eloquii.* 298

Latissimus cachinnus. 176

Latrocinalis militaris. & *latrocinari* prædari apud Plautum Milite ſcena: *Voluptas eſt* &c. Sic *latrones* milites, Regum 3.& in ſeptima Synodo act. 4. 105

Latrocinor ληστεύω. 209

Latvs feretrum. Gloſſæ φορεῖον & φόρετρον, *latura, lectica, feretrum.* 126.133

Lavtia dicuntur quæ legatis dantur cum aduentant; cuiuſmodi caro, piſcis, vinum, frumentum, & alia neceſſaria. Liuius libro 30. *adhac ades loca & lautia legatis decreta.* & libro 38. *locus inde lautiaq́; præberi iuſſit.* Sidonius libro 8. epiſtol. 12. *conuiuio tectoq́; concedas, dapes Cleopatricas loca & lautia putes.* Sic in manuſcriptis Nanſiii iſte locus legitur. 140

Lavtivscvlvs. Gloſſæ: Laut(. λαμπρέδιος ἐπαγγετὴς, μέγας. 191

Lavtitia pro apparatu epularum. 162

Lectvs ſpecioſus. 136

Lectisternia Iſid. *Lectiſtitium, ſtatio lecti.* 47

Lecticvla de nidulo gallinę. 237

Legifer θεσμοφόρος. 255

Lemvres νυκτερινοὶ δαίμονες. Vide Nonium 49

Lenia poma mitia. 74

Lenire sitim. Ouid. *leuare ſitim.* 153

Lenocinivm decoris, ſic lenociniū pulchritudinis apud Firmicum. 69.176

Lenticvlari forma, Papias: *Lenticulum vaſculum quadrangulum olearcum in latere apertum ex are vel argento factum.* Celſus de Medicina lib. 2. c. 16. *Calido oleo replentur vtriculi in vaſa fictilia ad ſimilitudinem lenticulas vocant.* ſic *lenticulata folia* in Herbario cap. 87. 346

Lethalis fames. 187

Lethalis difficvltas. 178

Lethæa pocvla. 239

Levigare leue reddere. 103

Levigatvs liberatus. 142

Liberalis cachinnvs. 246

Liberare libertate donare. Tryphonis JC. D. de captiuis & poſtliminio redemptis l. 12. *Manumittendo: Apud hoſtes manumiſſus liberatur.* Plautus Moſtell. *Qui poſtquam Pater ad mercatum abiuit, tibicinam liberauit.* Curcul. ſcen. Placide egredere &c. *vt ego te hoc triduum nuſquam ſinam, quin ego te liberalem liberem.* 284

Libare verbum ſacrorum. 262.266

Libare mortvis. 152

Liber. 194

Libet ſuperbum verbum. 193

Libido illicita coitus præpoſterus. 215

Libitinis *pro* libitinariis, ſiue inuiſis hominibus. 345

Libris pristinis libris antiquorum. 218

Licentiosvs cachinnvs riſus ſolutior. 123.154.165

Liceretvr de precio poſtularet quantum ſibi dari vellet. 124

Liciniare intorto & implexo volumine obuelare. 254

LIGNEOLVS ligneus. 70
LIMA CONSILII. 203
LIMPIDVS perſpicuus. 165
LIMPIDIVS. 363
LIMIS OCVLIS venereis. Plautus Bacchid. ſcen. Quis ſonitu &c. *Viden limulis vt obſecro nos intuentur.* 19
LINTEAMEN λάκος. 261
LITARE INIVRIÆ. 272
LITTERATOR γραμματιςής, abecedarius vel elementarius. A.gell. lib. 16. c. 6. *Latina lingua litterator.* 363
LITTERATVRA diſtincta à GRAMMATICA. 363
LITTERÆ IGNORABILES ſic vocat hieroglyphicas Ægyptiorum litteras. Vide Emendat. 268
LIVEDO liuor. 222
LIXÆ miniſtri magiſtratus. alias *calones* expeditionem ſectantes militarem. 113
LOCVPLES PECVNIÆ. 201
LOCVTVS locutio. 352
LONGA DOS ampla, prolixa, luculenta. Sic *longidies*, & *longus ſomnus* & *longum, longinquumq; loqui.* apud Plautum. Et, *longa preces.* Firmico. 332
LONGE OPVLENTVS. 113
LONGE RADICES procul à radicibus. Sic lib. 5. LONGE PARENTVM procul à parentib⁹. *Longe ab Athenis.* Plautus Perſa ſcen. *Omnem rem.* & Liuius, *procul vticam.* 110 162
LONGE MVLTISCIVS. 314
LONGVM EXCLAMAT. quantũ maxime poteſt, exclamat. 123. 126
LOQVI ET CANTARE de cythara. 165
LOQVITARI Plaut. Bacchid. ſc. Conſtringe tu illi &c. *Eho tu loquitatus ne esgnato meo male.* 352
LOCVTOR λάλος. 102
LORICA DOMVS ſeptum & quaſi circulus qui homines tuetur à lapſu. 186
LORVS in maſcul. genere. 135
LVBRICVM Gloſſæ Iſidori, *lutum cum labina.* 103
LVBRICARE. 196
LVCIDA DIES. Gloſſæ *Lucido*, λαμπρῷ ὦ. 244
LVCIFVGA Papiæ, *lucem fugiens.* 167. 284
LVCIS LIMEN Lucretius: *Lethi iam limine in ipſo.* 267
LVCIS CONSCIENTIA Phæbadius contra Arrianos: *Proferre in conſcientiam publicã*, id eſt, *in lucem intelligentia publica.* 249
LVCRICVPIDO.*
LVCTVOSVS θρηνώδης.
LVCVBRARE VIAM nocte proficiſci. Simili pene dicendi genere dixit Ouid. *Euigilare libros.* & noſter lib. 9. LVCVBRARE PERVIGILEM FARINAM. 186. 221
LVCVLENTVS amœnus. 125. 135. 159. 168
LVCVNCVLVS πλακοῦντος genus placentæ. Tertullianus de ſpectacul. cap. 26. *Omnia*

illuc ſeu honora, ſeu canora, ſeu ſubtilia proinde habe ac ſi ſtillicidia mellis de lucunculo venenato. Sic rectè Scaliger. Vulgò *ſtillicida mellis de libacunculo* Turneb. lib. Aduerſ. 18. cap. 20. Scalig. ad Feſt. pag. 82. 245

LVCVS, LVSTRIVM, LVPANAR, de homine & ganeone infami. 321

LVDERE *ὑποκρίνομαι.* 260

LVDIONES luſores. 359

LVMEN feneſtra. Apud Catonem de Re Ruſt. cap. 4. Cic. 1. & 2. de Oratore. Et Briſſonium. 225

LVMEN oculi. *ὀφθαλμοί.* Sic ſæpe Tertullian. 118. 131. 217. 222. 223

LVMINATVS, oculatus. ſic malè luminatus apud Suetonium de claris Grammaticis. 222

LVMEN Φῶς. 206. 225

LVMINARE. 293. 458

LVMINOSVS clarus Tertull. de fuga in perſecut. cap. 14. *Habes noctem Chriſti luce luminoſam* vulgò ineptè legitur, *luminoſi.* 174

LVPANAR SPVRCVM. 192

LVPVLÆ de malis mulierculis Gloſſæ *lupa ἑταίρα.* Iſidorus lupa, *meretrix à rapacitate vocata* quod *adſe rapiat miſeros* & apprehendat. 139. 164.

LVRCO Plautus Perſa ſcena Curate: *Lurco, edax, furax, fugax.* Papias: *Lurco, gluto, deuorator.* 211. 213

LVRIDVS. 166

LVROR in Gloſſ. Iſidori, *color luteus.* 110

LVSTRALIA PIAMENTA luſtrales hoſtiæ. *Luſtramenta* Ambroſio in Pſalm. 118. 129

LVSTRVM ſpatium quinque annorum. Vide Caſtalionem dec. 1. cap. 10. in Criticos. 330

LVX dies. 221

LVX DVBIA antelucanum tempus. 121

LVX ſplendor. ſic *lux metalli* apud Claudianum. 69. 224

LVX vita. 181

LVXVRIES *ἀσωτία.* 221

LVXVS Gloſſæ *στρέμμα, luxus, luxatio.* Sic Plinio *luxa* & *luxata membra*, quaſſata, lociſque & ſedibus ſuis mota. Sextus Medicus de Medicina animalium: *Stercus capræ luxum ſanat.* Q. Serenus:

Quod ſi luxa ſuo decedunt membra tenore. 354

LVXVS NEPOTALIS magnus. Sic *nepotatur* & *nepotatus* apud Tertull. & Tranquill. 115

LYMPHARI inſanire. 65

LYMPHATICVS inſanus. Hieronym. in Eſaiam cap. 14. *Lymphatico in ſcripturis verſantur errore.* Zeno de martyrio Eſaiæ: *Lymphatica immanitas.* 114. 153. 213

MACCVS

M.

MAccvs ſtultus. 325

MACVLA SANGVINIS Hieronym. in Eſaiam cap. 9. *Maculæ fœdi cruoris.* Sic & noſter poſtea, MACVLA IGNOMINIÆ & MACVLA CRIMINIS. 255. 311. 337

MACHERA gladius. 144. 236

MACHINA ipſa mola machinaria. 194

MACHINAMENTVM. 9

MACHINATOR. 274

MADENS CRAPVLA. 137

MADOR SPVRCISSIMVS lotium putens. Vide HVMOR. 108

MADOR pluuia βροχή. 200

MAGA PRIMI NOMINIS præcipua. 116

MAGIS MAGISQVE. 129. 133. 236

MAGISTER EQVORVM ſupra ARMENTARIVM EQVISONEM vocat. 207

MAGISTERIVM diſciplina, Tertullian. de anima cap. 1. *Oportuno in tempore magiſterii.* Vulgò ineptè *magiſtri* legitur. 117

MAGISTERIVM magiſtratus. 113. 117. 197

MAGISTRA. 116

MAGNARIVS negotiator, μεγαλέμφορ☉. Vide Turneb. Aduerſ. 27. c. 21. Gruterum ſuſpit. lib. 2. cap. 7. 104

MAGNIFICVM præſtans. 100

MAIOR IN ÆTATE. 140. 154

MAIOR *pro* authore ſectæ. Etiam apud Agellium lib. 9. cap. 2. lib. 19. c. 1. & Lactant. lib. 2. c. 7.

MALÆ ARTES de Magia. & Philo κακοτεχνίαν, *artem Magicam* appellat foll. 611. Tertullian. de pudicitia cap. 7. *maleficas artes adhibuit curioſitas.* vulgari *aliquas* male *habent.* 163

MALE LVMINATVS poſtea dicit: OCVLIS HEBES. 222. 302

MALE AVDIRE vituperari. 171. 275

MALIGNVS RISVS *pro* cauilloſo. 186. 195

MANCIPABATVR tradebatur. 243

MANCIPARE CORPVS STVPRO. 223

MANDATVM commiſſa verba. 225

MANDARE TERRÆ. 199

MANDATVM MATVRARE. 157

MANDERE Ennius: *Serpens in ſiluis miſerum mandebat hemonem.* 210

MANDVCO ἀδδηφάγ☉ in Onomaſtico homo maximi cibi Nonius *Manduco.* 187

MANE hora matutina πρωΐ. 124

MANERE IN OFFICIO. Vtitur & Cicero hac phraſi ad Attic. lib. 3. epiſt. 1. *Auiam tuam ſcito mortuam; ſimul quod verita ſit, ne Latinæ in officio non manerent.* Hieronymus in Matthæum cap. 27. *perſeuerare in officio.* 167

Manipvlvs factionis globus factionis. Scholia in Prudentium interpretantur *legiones* vel *ſigna*. Liuius lib. 2. *Lucretius porta Nauia cum aliquot manipulis militum egreſſus*. Hieronymus contra hæreſ. Iouiniani: *Comites & tribunos, & centuriones, & manipulos, & reliquum militiæ ordinem*. 190.221

Mansio habitatio & *manſor* hoſpes ſedulio. 101.144.211

Mansves manſuetus. & mansvetarivs Firmico qui beſtias feritate depoſita humanis conuerſationibus ſociant. libr.8.cap.17. 191.261

Mantica πήρα. *Bargila, ſportella, pera*. Vide Papiam & Aſconium in Ciceronem. 110.160

Manticvlari fraudare, decipere furari, & *mãticularius*, κλέπτης. & *manticulatio* in Gloſſis Latino-Arabicis *fallacia* vel *lenocinium*. Plautus Captiuis ſcena Iuppiter &c. Feſtus, Papias & Iſidorus. 309

Manvs artis ipſum artificium. 136

Manvs famosa de gladiatoribus. 148

Manvs multitudo & caterua latronum. Quintilia. lib. 10. cap. 1. *ſequitur oratorum ingens manus*. Egeſippus lib. 1. cap. 16. *Piſoni id negotii commiſſum, vt manu valida catera vrbis tuenda exiſtimaret*. 121.150.184.189.333

Manvs validior de militibus. 184

Manvs infectvs *pro* habens manus infectas cruore humano. ſic ſupra faciem gavdio delibvti. 210

Marcescere. 252

Marcidvs Gloſſæ *marcedo, torpor*. 109.257

Margo pro extremitate. Feſtus, Auienus; *margo noctis*. Ouidius *fontis & ripa margo*. Gloſſæ Seruii, *margo ripa*, περιφέρεια χειλόστης. 65.111.116.120.143.169

Maribvs animis fortiſſimis. 131

Maritare Gloſſæ *maritat*, γαμίζει. ſic & arbores dicuntur *maritari* translatione elegantiſſima, quando illis vitis copulatur. 295

Maritale secretvm. 328

Maritalis. 162

Maritvs pvblicvs de communi adultero. 197

Marmoratio. 259

Martivs militaris. 191.255

Martis clientes latrones. 189

Mascvlina facies virilis. 109

Mascvlvm ingenivm. 190

Mathematicvs Papias: *Mathematici genethliaci dicuntur, qui de natura hominum diſputant*. 212

Matri-

MATRIMONIVM *pro* coitu. 318
MATRIMONIVM CONTRAHERE. 111
MATRIMONIVM REPARARE. 236
MATRONATVS grauitas matronalis. 153
MATRONALIS. 261
MATER vox blandientis. 224
MATER SYDERVM Luna. 260
MATVRARE maturum facere. 166
MATVTINO πρωΐ. Tertull. ad vxorem lib. 2. cap. 4. *de die*. Columella lib. 12. de re ruſtica cap. 1. *primo mane* dicit. 166. 198. 209. 231
ME CORAM coram me. ſic, *quem propter*. apud Plautum Rudent. ſcen. *Qui homo* &c. Scen. Nunc idem &c. *Malitiam lenonis contra incedam*. 301
MEA PVPVLA vox blandientis.
MEA FESTIVITAS *meus feſtus dies*. Plauto. 119
ME ACCVRRIT. 105
MEDELA. 139. 140
MEDICA quæ medentes adhibet manus. Laurentius preſbyter Nouarũ de pœnitentia: *Non dicimus te meretricem, ſed omnium meretricantium medicam*. ſic Tertullianus de pudicitia cap. 18. elegantiſſime vocat EVCHARISTIAM MEDICAM, (ineptiſſime locum tranſmutat Junius in *eucharistiam medicam*) quod læſa curat, infecta diluit, maculata deterget, vt ait Euſebius de Conſecrat. diſtinct. 2. cap. 25. Et Cyprianus de Cœna: *Eucharistia eſt medicamentum ad ſanandas infirmitates, holocauſtum ad purgandas iniquitates*. Vide quæ dixi ad Martialis epiſtolam pag. 203. 165
MEDICABVLA. 353
MEDICARE. 294
MEDIE MORATVS qui nec malus nec bonus eſt. 22
MEDIETAS medius locus. 47. 57. 116
MEDITVLLIVM Onomaſticon, *meditullium*, τὸ ἔσω ſiue μεσόγαιον. *meditullium ſuperciliorum* apud Tertullianum: *meditullium mediocritatis* ap. ſcholiaſten Horatii. 15. 17. 141. 159. 196. 254. 296
MEDVLLATI ARTVS. 21
MEISMET. 324
MELIOR præſtantior. 190. 268
MELLEI MODI & MELLITA DVLCEDO de muſica. 165. 175
MELLEVS MODVLATOR. 342
MELLITVM PVLMENTVM. 118. 155
MELLITE MI blandiẽtis. 162. P
MELLITVLA. 139
ME MISERAM formula ſe deplorantis. 105
MEMBRANVLVM Gloſſæ σωμάτιον *membrana*. colloquiũ ſcholaſticũ μετὰ τοῦτο γραφῆναι ἐπιτίθεται τὸ σωμάτιον. 148
MEMBRVM pars domus. ſic Cicer. *Membrũ pecuniæ* Sueton.

Membrum imperii. Eucherius in Geneſin : *Membra aratri.* Cœl. Aurel. præfat. lib.1. *corpus ſcripturæ* pro *ipſo libro* ponit. Vide Sidonium. 141.188

MEMBRVM *pro* parte inhoneſta, inde *membroſior equo.* In priapeis Auſon.epiſt.113.

Vxoris capit lingere membra ſua. 117.138

MEMET. 249

MEMETIPSVM. 325

MEMINI cum accuſatiuo. ſic *meminiſſe officiũ* apud Plautum in Sticho. 134.170.194

MEMINI GRATIAM memorabo. 134.223

MEMORACVLA. 311

MEMORIA NON DESERVIT vos rectè meminiſtis. 186

MEMORIA res geſtæ. Sic ſæpe Cicero & Columella lib.12. cap.4. & nos ad Minutium olim. 12.65 343.349

MEMOR MONITORVM. 119

MEMORIAM MONITIONVM EFFVNDERE obliuiſci mandatorum. 164.P

MEMORIÆ RELINQVERE poſtea dicit, SCRIPTVM RELINQVERE. 280

MENDICABVLA. 288.345

MENDOSVS RISVS malignus. 221

MENTE EXIDERE. 216

MENTE VIDVVS extra mentis terminum poſitus ἄνους. 120

MENTIRI VVLTVM, LACHRYMAS FOEMINAM, 227.271. 260

MEO LVATVR SANGVINE formula deprecandi infeſta. 135

MERA FIDE ſine chirographo. 320

MERCATVS Gloſſæ *πανήγυρις, ἐμπορία, mercatus nundinæ.* Plautus Perſa ſcena : Ioui Opulento &c. *Vbi mercatum eſſe dixit die ſeptimi.* 198

MERCENARIA LOQVACITAS. 275

MERCES penſiones quæ de fundis dantur. 231

MERCES præmium. 121

MERACIOR. 363

MERERE militare, vnde miſſos militia *emeritos* quoque dicimus. Lucanus:

Caſtrorum in plebe merebant.

Lactantius ad Statii Thebaid. 130. Auſonius ad Paulinum Idill. 13. *ſub imperio meo tunc meruit.* Nonius, *merere.* Ouidius 1. amorum elegia 9. *In caſtris æra merere ſuis.* Eleg. 10. *Non decet imbelles æra merere deos.* 205

MERERE acquirere. 102.322

MESSORIA. 173

METALLVM *pro* auro. 176

METÆ MVRTIÆ. Vide Beroaldum. 176

METVENS IRÆ. 157

MI *pro* mihi. 116

MI HERILIS *pro* vocatiuo ſingulari fœminino mea poſuit *mi* Sic lib.8. MI CONIVNX. Et Saluianus: *mi Domina:* & Plautus:

Plautus: *mi homines, mi ſpectatores.* 155.205

MIHI & TIBI ſæpe elegantiæ cauſa non ſignificationis vtuntur authores probi. 220. 260. 314

MICANTI CORDE trepidante. 263

MILITEM GERERE repræſentare. Sic *agere militem* in paſſione Mennæ militis. 259

MILITARE de re venerea. Ouidius r amore El g. o.

Militat omnis amãs, & habet ſua caſtra cupido.

Et El gia 11.

In me militia ſigna tuere tua.

Et de arte amandi lib. 2.

Militia ſpecies eſt diſcedite ſegnes. Et:

Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor. 226

MILVINI OCVLI perſpicaces. 184

MINARI tendere. 60

MINARE pellere. Feſtus: *Agaſones equos agentes, id eſt, minantes.* Author de conflictu vitiorum & virtutum apud Auguſtinum tomo 9. *Superbia Angelis de cœlo proiecit, homines de Paradiſo minauit.* Acta Herueti Epiſcopi: apud Vincentium ſpeculo Hiſtoriali cap. 110. *Saream magum populus à finibus huius regionis cum dedecore minauit.* Scholiaſtes Iuuenalis in Satyram 6. *Hanc in tantum perſecuta eſt Iuno, vt per omnem mundum minaret.* 141

MINEVS COLOR rubicundus. 142

MINIME GENTIVM οὐδαμῶς. 224

MINIMO MINVS INTERII vix minimum abfuit, quin interirem. 103

MINISTERIVM FACERE miniſtrare. 146

MINISTERIA PVBLICA lictores. 130

MINISTERIA miniſtri. 237

MINORES poſteri. μεταγενέστεροι Arnobius libro 3. aduerſus gentes: *Vetuſtas edidit priſca & minorum tranſmiſit ætati.* Lactantius lib. 2. cap. 7. *Sed hoc eos fallit quod maiorum nomine poſito non putant fieri poſſe vt aut ipſi plus ſapiant, quia minores vocantur.* 297

MINVS PVRVS impurus. 215

MINVTIES. 263

MISCELLANEA TVRBA ὄχλος συρφετώδης. 122

MISCELLÆ FABVLÆ. 117

MISCERI in re venerea. ἀφροδιάζειν. Cœl. Aurelianus Siccenſis Chronicon lib. 4. cap. 9. *Mulieribus quam viris miſceri feſtinant.* Firmicus Aſtronom. lib. 6. cap. 30. *ſi mulieris erit iſta genitura, cum eunuchis vel ſterilibus viris inefficaci libidinis cupiditate coibit, ac impudico actu miſcebitur.* Vlpianus D. de titu nuptiar. lib. 43. *Mulier ſeſe cum vno & altero accepta*

pecunia commiſcuit. Papinianus JC. reſponſis tit. 26. *ſi maritus adulterum cum vxore inuenerit, ita vt vnum ſint, & ſeſe commiſceant; liberum arbitrium habebit vtrumque vno ictu ferire.* Acta Soſtrati Martyris: *Mater mea iugiter me inſectatur, vt ei commiſcear.* Juuenalis ſcholiaſtes ad Satyram 2. *Magno odio habetur ea apud vxorem, quæ domino miſcetur.* 228

MISCERE de potu.

MISSIO & demittere de re militari Hercules Ciofanus ad Ouidium. 122

MISSVM FACERE. 43

MITELLA *μιτρίον.* 191. 214

MITIFICARE. 68

MITIFICA. 76

MODERAMEN. 72

MODERARI IRÆ. 322

MODERATIO Gloſſæ: *μετριότης, moderatio, mediocritas.* 286

MODICO SECVS paulò vlterius. 112

MODICO PRIVS poſtea dicit: MODICO ANTE. 284. 355

MODICE moderate. 118

MODICO mox. 112

MODIFICATOR de muſico. 342

MODIFICARI IN SVMTIBVS parcè ſumtus facere. 18

MODIFICARI DESIDERIIS. 276

MODIFICARI ORATIONI. 365

MODO ISTVD, MODO ILLVD CAVSÆ FACIENS, modò hac modò illam rem cauſatus. *Beroaldus.* 240

MODVLATVS & *modulantior* ales de cygno apud Tertull. in Sodoma. 10

MODVLVM modulatum carmen. 261

MODVS *pro* copia. Curtius: *veſtis ingens modus.* & : *ingens pecuniæ modus.* 141

MOLIRI NEGOTIVM. 242

MOLIRI incedere. 262

MOLITVS paſſiuè. 305

MOLLIOR imbecillior. 235

MOMENTANEA VITA breuis. 127. 217. 251. 256

MOMENTARII CERAVLÆ *ϑυμφαῦλαι* Agellio, *ſiticines.* 342

MONILE Gloſſæ: *monile, ὅρμος γυναικεῖος.* 162

MONSTRVM de homine impuro. 341

MONSTRVOSVM MENDACIVM. 165

MONTES AVRI magna copia auri. Plautus Milite ſcena: Jamne eſt. &c. *Argenti montes non maſſas habet.* 286

MORAMENTVM *μέλλησις.* 363

MORBIDVS *νοσερός.* 44. 302

MORIGERVS obſcæno intellectu. Egeſippus lib. 1. cap. 36. *Videns mulier ſibi morigerari maritum.* Vide Suetonium & Ennium. apud Nonium in *Modicum.* 321

MORTIVNCVLA. 211

MORTALITAS *pro* ipſis hominibus. 66

MORTE MELIOR mortis contemptor. ſic meliora voce *τὰ λυσιτελῆ.* 190. 268

MVLGA-

MVLCTARI Lipſius ad 1. Annal. Taciti non *multare* vult ſcribi verbum, *pugnis calcibusq́ percutere*. 143

MVCESCERE mucorem contrahere. 9

MVGIRI IN BOVEM. 186

MVLIER OMNI CHORO GRATIARVM STIPATA. 117

MVLIER SCÆVI OMINIS dicitur quæ primum maritum amiſit. 332

MVLIO. 217

MVLTICOLOR. 258

MVLTIFORABILIS vtitur & Sidonius hac voce lib. 8. epiſt. 9. 254

MVLTIFORATILIS. 341

MVLTIMODVS. 4

MVLTINODVS multorum nodorum. Prudentius: *Tectus flagellis multinodi germinis.* 214

MVLTIFORMIS. 97.252

MVLTIIVGVS multiplex. 42. 148.174.214.259.310

MVLTISCIVS πολυμαθής. 223. 294

MVLTINOMINIS DEA glorioſa. 268

MVLTIPLICATO STVDIO magna induſtria. 243

MVLTO TANTO. 47.194.248. 275.300

MVLTO ARDVVM. 305

MVNDI LVMINA, ſic appellat Solem & Lunam. 73

MVNDVLE AMICTVS. 117

MVNDVS apparatus. 173

MVNDVS ornatus muliebris. Gloſſę Iſidori: *mandus* lege, *mundus*, *veſtis virginalis*. 118. 154.260.273

MVNDVS cœlum. Vide Notas ad Arnobium. Macrobium ad ſomnium Scipionis lib. 1. cap. 10. & 11. 70.116

MVNIRE ADITVM, PRÆDAM, VITAM. 151.209.266

MVNDI CONVEXA. Notæ ad Arnobium. 59

MVNERARI. 142

MVNIEBANT concludebant. 69

MVNVS SANGVINIS filia. 250

MVNVS de gladiatoribus. 148. 149.249

MVRMVRABVNDVS. 123

MVRMVRARI incuſare. 354

MVSCVLI mures. 125

MVSICI TONI
- ASIVM VARIVM. 342
- ÆOLIVM SIMPLEX. ibid.
- DORIVM BELLICOSVM. ibid. 254
- LYDIVM QVERVLVM. 157.254.342

Probantur
- TVBA RVDORE.
- LYRA CONCENTV.
- TIBIA QVESTV.
- FISTVLA SVSVRRO.
- BVCCINA SIGNIFICATV. 357

MVSICATIS CANTILENIS CELEBRARE. 81

MVSSITATIO de canibus venaticis. 202

Mvssitare timorem occultare. 320
Mvstellatvs muſtillini coloris. 126
Mvstvlentvs. 216
Mvtare pretio emere. 293
Mvtatvs animi. 321
Mvtescere tacitvrnitate. 91
Mvtilis imminutus. 107
Myoparo nauis piratica. Paulinus epiſtola 34. *Sene myoparone piraticam in terra agens.* Incepte Binius, *ſene meo patrone.* Vide Nonium. 295

N.

Nacca fullo, *Nonius.* 229
Naccinvs. ibid.
Næ certè. 103.366
Narratvm narratio. 230
Natabvla natantia. 353
Natalis sacrorvm dicitur dies quo quiſpiam ſacris initiatur. 269
Natvra φύσιs ſiue nota virilis. Soranus cap. 9. *qui lapidem in veſica habent, eorum natura ſubtumida eſt.* Firmicus Aſtron lib. 6. cap 31. *Hi manibus propriis naturam ſuam putare coguntur.* lib. 8. cap. 30. *à beſtiis lacerati naturam perdent.* Notæ ad Minutium fol. 15. 140.199
Natvrabilis. 18
Natvrabilia. 352
Navlvm viaticum ſine pecunia quæ mortuis dabatur. Gloſſæ: *vectura, φόριτρον ναῦλον.* Etymologicon Magnum fol. 247. 180
Navci non pvtare. 131
Navfragivm fortvnæ caſus infeſtus. *naufragium pudoris.* In actis martyrii Sebaſtiani: *pudoris amiſſio.* & apud Firmicum lib. 6. 175
Navfragia ferina cladem beſtiarum appellat. 142
Navita nauicularius. 180
Ne nædum. Plautus: *Vix incedo inanis, ne ire poſſe cum onere exiſtimes.* Salluſtius bello Jugurth. *Quippe ſecundæ res animos ſapientum fatigant ne illi corruptis moribus victoriæ temperarent.* Vide Schotti obſeruat. lib. 2. c. 26. 317
Nebvla soporis. 181
Nec mora ſtatim. Ouidius 1. amorum elegia 11.
Nec mora perlectis reſcribat multa iubeto.
Elegia 6.
Nec mora venit amor. 141. 191
Nec est qvidqvam qvod ibi non est de loco eximiè ornato. 159
Necessitvdo amici. Sic *neceſſitas* affinitas apud Nonnium, Liuium, Ciceronem & Papiam. Gloſſæ *neceſſitudo* συνήθεια, φιλία. 24
Necessarivs pro illo qui nobis iure affinitatis iunctus eſt. In Gloſſis οἰκεῖος, Agellius lib. 13. cap. 3. Papias, *neceſſarius, amicus vel propinquus.* Acta martyrii Juliani: *homini*

homini neceſſario oculum reformantes. Hyginus præfat. poët. aſtron. *hominibus neceſſariis ſcripſimus.* 104

Nectarevs pulcher. Sic *nectareus ſapor* apud Marium Victorinum. 119.160.171. 183.363

Nefanda Gloſſæ: *nefandum* ἀπόῤῥητος ἀδίκιτος. Papias: *nefandum*; *nefarium execrandum, vel non dicendum.* 201

Nefas habere. 276

Negotinvmmia quæ ſuam nummi cauſa paruifaciunt gratiam. Vide Fulgentium in voce *Diabolares.* 248

Negotivm difficultas. 146. 193

Nemo qvisqvam. ſic, *vnus nemo.* Cicero ad Herenniũ, & *nemo homo* de natura Deorum. Agellius lib.8. cap.5. *Nemo vnus.* Liuius lib.38. *Neminem vnum [illegible] ciuem tantum [illegible]re debere, vt legibus in[illegible] non poſſit.* 152. 2[illegible]

Nepotalis lvxvs magnus. Gloſſæ *nepotor* [illegible]. Papias *nepos luxurioſus, prodigus, glutto.* 115

Neqviens non valens. 207

Neqvissima conuitium in malam mulierem, 177

Nervvs venamentulæ. 122

Nescio qvi vel qvis, formula loquendi de ignoto & contempto homine Cicero pro Dejotaro: *Miſit ad Cælium neſcio quem.* Hieron. ad Domnionem epiſtol. 51. *Neſcio quem de triuio monachum concionari contra me.* Paſſio Anaſtaſiæ: *Deos colere debuiſti, non Chriſtum neſcio quem Judæum.* Paſſio Cucufati: *Tantam multitudinem deos maximos blaſphemare facis, & neſcio cuius nomen qui dicitur Chriſtus confiteri.* 128. 187

Nescire ignorare. 163.166. 207

Nesciens svi mentis egenus, vt ait Paulinus epiſt. ad Auſonium. Ouidius:

—vita neſcius ipſe ſua. 201

Nescivs fravdis. 240

Nexilis πλεκτός. 166

Nexvs vinculum. 186

Nexvs connexio. 352

Nidificia formicarvm μυρμηκιά. 211

Nidor odor. Notæ ad Arnobium. ibid.

Nitor ſplendor. ibid.

Nidvlvm *pro* habitatione anguſta. 139

Nilo segnivs. 321

Nimietas vtitur & Arnobius Lucretiusque hac voce. Sic *nimiticus* nimius, apud Iſidorum in Gloſſis. 43.122. 133.245

Nimivm nimivmqve vehementer. Penelope Vlyſſi:

Auſus es ô nimium nimiumq́; oblite tuorum. 204

Nimisqvam. 305

NIMIS ASINVS. 202
NINGOR nomen. Gloſſæ Latino-Arabicæ, *ninguis, niuis, ninguero, niuare.* Papias. & *ninguidus* apud Prudent. & Sidonium. 61
NISVS conatus. 168
NITELA. 278
NITOR *proſagina* corporis. 245
NITVNTVR obſequuntur. 128
NIX candor. ſic *nix capitis* ap. Horat. & Capell. lib. 1. *Ipſius canicies pruinoſis niuib. candicabat.* 69
NOBILITARE clarũ reddere. 288
NOCERI paſſiuè. Priſcian. de Medicina fol. 312. *Qui ſeruierit ei qui lue tenetur, noceri nunquam poterit.* Lucifer Calaritanus pro Athanaſio lib. 2. cũ quarto caſu iungit: *Remiſit Herodes rex manus vt noceret quoſdam de Eccleſia.* 106
NOCIVVS Firmicus: *Quos nociua ſemper armet improbitas.* 9
NOCTIS PARTES
CREPVSCVLVM,
NOX PROMOTA,
NOX ALTIOR,
NOX CONCVBIA,
NOX INTEMPESTA.
vide Cenſorinum de die Natali cap. 24. Iſidorum de Natura rerum c. 11. Macrob. pag. 163. Nonium in *crepuſculũ.* 125. 184. 190
NOCTVA. 349
NOCTVRNVS νυκτερινός. 263
NON DENIQVE. 106 (188
NON FECI excuſandi formula.
NON ME CLAM EST. 323
NON NESCIVS. ibid.
NON EST OPERÆ. 46. 298
NON PRO AMICO FACERE contra fidem facere. 321
NON DISERTISSIMVS maximè infans. 275
NON TE PRÆTERIT non ignoras. 176, 178
NOMEN dedecus. 229. 230 (312
NOMENCLATOR ὀνοματολόγος.
NORIMVS noſce ſimulemus. Duſa ad Propert. & Gruterus ſuſpic. lib. 8. cap. 6. 163
NOSCERENTVR noti fierẽt. 316
NOSTRVM FECERIMVS exiſtimabimur noſtro officio fũctæ. 166
NOTORIA Iſidor. interpretatur *textũ ſiue elogiũ malorũ dictorũ.* JCti accipiunt, pro indicio quib. crimina ad magiſtratus referuntur. Cuiac. lib. 1. Obſeru. c. 3. Briſſ. de verb. ſignif. ſic in collatione Carthaginẽſi pag. 11. 12. 118. *Pars notoria* 1. relationis *τῆς διαφορᾶς.* 189
NOVALIA Lactant. ad Statii Thebaid. pag. 112. *Noualia arborũ loca, quæ annis ſingulis ſitu ſeruantur ad ſemina iacienda*: vt Virgil. *Impius hæc tam culta noualia miles habebit.* Papias *Noualia.* 150
NOVARE reparare. ſic *nouare naturam* apud Ouidium. 397. P
NOVERCALIS. 240
NOVVS SOL recenter ortus. 114
NOVITIVS nouus. 191
NOVITIVS ASINVS. rudis. Mercer. ad Nonium pag. 128. 194
NOX IBAT IN DIEM luceſcebat.
NOXA periculũ. 105. (108. 216
NOXA culpa, pœna Tertulliano *noxietas* apolog. c. 2. *Cum eiuſdem noxietatis eadem tractatio deberet interuenire* ſic V. C. 110. 228
NVBILIS ad nubendum habilis. ἐπίγαμος. Virgil. *Iam matura viro iam plenis nubilis annis.* (136
NVBILA CALIGO cæca, obſcura.
NVBILOSVS caliginoſus νεφελώδης. 281
NVBVS vacuus. Quintil. declam. 336. *ego nudus, ego egenus.* ſic *nuda loca* apud Salluſtium. 109
NVDATIS ÆDIBVS domo vacua. 207
NVDARI aperiri. 135
NVGAMENTVM nugæ. 113
NVGO nugator, homo vanus, inutilis, leuis. Et NVGÆ *quiſquiliæ* quam vocẽ Hebraicã dicunt Hieronym. & Remigius in 3. cap. Sophoniæ & Papias. 172. 296

NVLLI

NVLLI ÆSTIMARE nihil æſtimare. 306

NVLLVS nemo οὐδείς. 346

NVLLVS non. 195.210

NVMMATIOR Gloſſ. *nummatus*, πολυχρήματος. 105

NVMMVLARIVS χαλλιβίστης τραπεζίτης Plauto Aulul. *argẽtarius*. Sic Epiſt. 2. Armeniæ epiſtola ad Leonẽ Imp. tom. 3. Cõcil. Roman. f. 500. Eutychen Monachum vafrum & doctrinarũ varietatib. ludentem elegãter *dogmatum nummularium* vocant. 147

NVMMVLVS κέρμάτιον. 121

NVMMVS NEQVAM adulter. 253

NVNC NVPER. 224

NVNCIVS nũciatio ἀγγελία. 187

NVNCIVS in maſc. gen. Plautus Epidico ſc. Heus adoleſcens &c. *Voluptabilem mihi tuo aduentu attuliſti nuncium.* 203

NVNCIVM REMITTERE VXORI remittere vel dicere repudium: Plaut. Aulul. ſce. Quis homo &c. *Is me nunc renunciare repudium iuſſit tibi.* 230

NVNDINARI PRÆCIO Firmicus: *Quaſtus & libidinis cauſa pudorem ſuum etiam duob. fratribus nundinabit. Meretricem efficiet, qua detrimento nundinati pudoris, quaſtũ per dies ſingulos quærãt. Meretricẽ publicã nũdinato pudore efficiet.* 235

NVPTIALIS γαμικός. 254

NVPTVRIO γαμησείω. 319

NVTRICATIO Agell. lib. 12. c. 1. *Munus quoque nutricationis graue ac difficile accedere.* 27

NVTRICVLA. 178

NVTVS fauor. 175

O.

OB ad. 120

OBARMARE. 217

OBAVDIRE obedire. Papias & Cyprianus epiſt. ad Pupianum 69. Acta Iuſtinæ martyris: *accipe hoc medicamentũ & ſtatim obaudiet tibi.* 163

OBBATVS in modum obbæ formatus. 254

OBCANTATVS. 327

OBDIRE claudere operire. 193.

OBDITVS connexus. 137. (244

OBDVCTA circumducta. 106

OBESVS. 245

OBERRARE circumire. 219

OBGANNIRE IN AVREM inſuſurrare. Perſius:

—*ſecretã gannit in aurẽ.*

Afranius: *Gannire ad aurem nunquam didici.* Nonius: *Gannire.* 115.119

OBHÆRERE adhærere. ſic *obiacet, adiacet* apud Ennium, Lucret lib. 4.

—*Vbi in medio nobis equus acer obhæſit.* 178

OBIECTAMENTVM obiectio.

OBIIS mortuis. 74. (274

OBIRE circumire inſpiciendæ alicuius rei cauſa. Tertullianus pro *perſoluere* poſuit de pudicitia cap. 22. *Omnia ſanctus pro peccatoribus obiret.* Sic enim lego cum Scaligero non *obediret.* 105

OBIRE NVPTIAS, MERCATVM, AMPLEXVS, DISCVRSVS. 158.198.219.222

OB ITER ad iter. 183.159. 207
OBITVS aditus. 223
OBITVS nomen. Onomaſticon, obitus, πλάνη. 24
OBLECTARE reficere. 165
OBLIQVVS CALAMVS πλαγίαυλος. 261
OBLIQVVS ASPECTVS. 107. 140
OBLIQVATVS ASPECTVS. 127. 185
OBLIQVANDVS. 124
OBLITERARE delere. 276
OBLITVS NEGOTII *oblitus officium* dicit Plautus Caſina ſcena 1.act.1.
OBLITVS VIRTVTIS, OBLITVS SERMONIS. 265
OBNIXVM SILENTIVM pertinax. Sic *obnixum tacere* apud Auſonium. 151
OBLOQVI & LOQVI de cithara. 165
OBNVBILARE ἐπηλυγάζω. 204
OB OS ante oculos. Sic etiam Plautus. 127.159.197.263. 330
OBPESSVLATVS. 112
OBPEXVS pectinatio. 260
OBSEQVIVM verbum ſacrorum. Vide Arnobium. 260. 264.267.281
OBSERARE. 248
OBSERVITARE. 202
OBSERVABILIS. 267
OBSIBILARE de arboribus. ſic *exſibilare* de aquis. Firmic. Aſtronomic. libro 1. præfat. *Lacus Paliſcus argutum murmur exſibilat.* 260
OBSITA PANNIS. Firmicus lib.5.cap.19. *pauperes deſpecti, veſtibus & pannis obſiti.* 132
OBSOLETIOR ſqualidior. 274
OBSOLETISSIMVS VESTITV. 262
OBSONARE obſonium parare. 113.285
OBSTERNERE ob oculos ſternere. ſic apud Arnobium *ſubſternere*, ſubiicere. 335
OBSTINATIO. 114.123
OBSTITVM incuruum. Scaliger ad Feſtum. 42
OBSTINATVS peruerſus, durus, *obſtinatio, mentis duritia.* Papias. 103.111
OBSTVPIDVS. ſic *obſtupeſcere* apud Tertullianum aduerſus Valentin.cap.5. *dubitare.* 114
OBTESTARI atteſtari. 50
OBTINERE exiſtimare. 273
OBTINERE oſtendere. 3
OBTINNIRE. 305
OBTVNDERE crebro ingerere. 205
OBTVTVS pro videndi vi defixiſque oculis. Gloſſæ: ἐντάσεις ὀμμάτων. Caſſiodor. collat.2.cap.5. *Quod nuper geſtum oculorum veſtrorum vidiſtis obtutibus.* Ambroſius in Pſalm.118. *Dominum ſuum velut manu tenere & obtutu oculorum videre cupiebat.* Sidonius Epiſt.11.lib. 8. *gemino obtutu eluminatus.* 103.115.125

Obverberare. 198
Obumbrare tegere. 219
Occidua senectus, proclivis senectus poſtea dicit. ſic *occiduus ſenex* apud Mart. Capellam. 297. 361
Occipere incipere. 196
Occisa sum in periculo ſubito. Terentius *perii* dicit. 140. 153
Occursoria potio προπωμα. Caſaubonus ad Athenæum Wowerus ad Sidon. 459. & 296. 227
Octonæ pro octo. 40
Octophorus lectica quæ ab octo ſeruis geſtabatur. 236
Oculatus testis πανόπτης Wiberto Archidiacono. In Vita Leonis PP. IX. *Viſorius teſtis*. ſic *ocularet* apud Tertull. apolog. cap. 21. ἐξομμάτωσε. 340
Oculeus oculatus πολυόμματος. Vide emendationes. 124
Oculi 170
 moerentes. 137
 micantes. ibid.
 marcentes. 153. 239
 morsicantes. 119
 commorsicantes. 249
 tremuli. 335
 udi prona libidine. ibid.
 illices. 292
 semiadapertuli. 135
Oculis advertere. 72
Oculis saltare. Vide Beroaldum. 254
Odorus. 74. 255
Onophorum. 296
Offendere offenſionem incurrere. 251
Offendere reperire. 112. 129. 141. 248
Offendere verberare. 126. 234
Offensacula. 221
Offirmatum corium. 197
Officere obſtare. 165
Officialis miniſter. Inſcript. Gruteri fol. 422. inſcript. 7.
 Officialis. consulis. provinc. aquitaniæ
Lex fin. §. 4. C. de Epiſc. audientia. Authen. ad legem 19. C. de Epiſcop. audientia. Biſciola ſubciſ. Lect. lib. 5. cap. 1. 113
Officia spiritus pro ipſo ſpiritu. *Flabra vitalia* Sedulio. 109
Officia officiales ſiue miniſtri regii. In paſſione 18. Martyrum: *Totam vrbem percurrant officia præconum*. 190
Officinatores ἐργαστηριάρχαι in Gloſſis. 219
Officiosis ronchis narium ſonitu obſtrepero. ſic *ronco* ſonitum è naribus emitto in Gloſſis Arabico-Latinis. 206
Officium salutationis pro ipſa ſalutatione. ſic *officium labiorum* pro loquendi facultate poſuit auctor martyrii Sebaſtiani. Vide E-

mendat. 187
Officivm propriè de nuptiis. Iuuenalis ſatyr. 2. verſ. 33.
—— *officium cras*
Primo ſole mihi peragendū in valle Quirini
Quæ cauſa officii? quid quæris nubit amicus.
154
Offigere adfigere. 147
Offirmare. 197.201
Offrenatvs deuinctus Gulielmius veriſim. lib.3.cap.1. 181
Offvla fruſtulum polentæ. 103
Offvlcire. 108
Offvndere effundere. 144
Olenticetvm. 269
Olidvs fœtidus. 163
Olitor oliuitor. 350
Oggerere. 315
Ollvla pro parte illa qua mulieres id ſunt quod ſunt. 117
Olor fœtor. 109
Omittere negligere. 176
Omnicana. 341
Omnifariam παντόθεν ex omni parte. 123
Omnimodvs. Proſper: *Omnimodaq; mobilitate ruens.* 169. 195. 306.322.342.361
Omnis vniuerſa. 57
Omniparentis *omniparens Natura* Priſcian. Medicus lib.4. 67.177
Omnitvens sol παμφανής. 71
Onerata grauida. 249
Opem facere adferre. 167. 185
Operæ operarii. 173
Opera operatio. 56
Operas præbere. 219
Operam svmere. 282
Operari cædibvs. ſic Liuius 3. dicit *operari ſuperſtitionib.* 103
Operari de re venerea. Columella lib.12.cap.4. *operari rebus veneris.* 219
Operarivs laborator ἐργάτης. 197
Operior exſpecto περιμένω. 107.164
Operosa nox operationibus venereis plena. 249
Opervlæ poſtea reſculas vocat. 105
Oppessvlare. 122
Oppetere occidere vel mori Papias
Oppexvs pectinatio. 262
Oppido pro valde paſſim vtitur Apuleius. 120.122. 124
Oppipare lautè. 113.122.123. 162.165.181.132
Opitvlor ἀλέξω. 174
Oportvnvm commodè. 212
Opvs perficere de coitu. Petronius: *Vide ne opus anhelitu perdas.* Martialis lib.7.epigr. 17.
Acceſſi quoties ad opus
lib.11. epigram. 79.
Ignotumq; ſibi mentula diſcat opus.
Ouidius de Amore lib.1. elegia 4.
Veſte ſubiniecta dulce peregit opus.
lib.2.elegia 10.

At

At mihi contingat veneris languescere motu
Cum moriar, medium ſolvar & inter opus.
Geneſ.c.39.*opus nefarium*.& Plautus Milite ſcena Jamne ante ædes &c. *operam vulgo pollicitari.* 220
OPVS APPROBARE recte & probe conſummatũ præbere, vt notat Budæus ad Pandect.ſic Paulus JC.*arbitratu Domini opus approbetur.* & Vitruuius, *opus regi approbauit.* 177
ORBIS Terra. 70
ORAS loca littoralia. 16. 156
ORBIS DISCIPLINÆ. 314
ORBITATIS PLAGA PETITVS. 148
ORCHESTRA locus in theatro ex quo ſenatores ſpectabãt. P.Faber ſemeſtrium lib. 2.c. 6. 130
ORCI CANCRI poſtea dicit: ORCI FAVCES. 133
ORCI REGIA poſtea dicit: ORCI FERALES PÆNATES. 179.180
ORCI FASTIDIVM de vetula. ſic Plautus Bacchid. ſcena: Nimio illæc res. &c. *Terræ odium* vocat ſenem. & author incertus in Florileg. vett. poëtarum *anum diuitem ſepulchrum locuples*
ἐγχάλκος γραῖα πλουσία ὅς σορός. 145
ORNATVS coronatus. 141
ORTIVVS SOL. ibid.
OSCVLVM os. 10
OSSIVM TENVS vſque ad oſſa. 222
OSTENDERE probare. 290
OSTENTATRIX. 323
OSTENTVM. 233
OSTIATIM. 115.130
OTACVSTÆ auricularii. 69
OVIPARA. 298

P.

PACTÆ ſponſæ. Virgilius: *gremio abducere pactas.* 216
PÆDAGOGVS Papias : *pædagogus puerorum eruditor*: idem, *pædagogus id eſt cuſtos. Pædagogium ſchola vbi pueri erudiuntur.* 240
PALEA ANNVLI σφενδόνη ſiue pars annuli quæ gemmam cohibet. Gloſſæ paleta dicitur σφενδόνη δακτυλίου. 346
PALANTES.Papias *errantes, fugientes.* 215
PALÆSTRITA pro homine robuſto. 108.305
PALÆSTRITICVS SVCCVS Horat. Ode 10. libr. 1. *decoro humore palæſtræ* ex doctiſſimi Heinſii emendatione. 315
PALLIASTRVM SCISSILE τριβώνιον ſiue veſtis ſordida. Narratio de Vita Apollonii: *Tribonarium in duas partes diuiſit & iuueni vnam dedit.* 104

PALLIOTENVS PHILOSOPHI de fictitiis philoſophis. 304
PALLOR BVXEVS. Vide BVXEVS.
PALMARIS DEA Victoria. Palma enim ſignum victorium. ſic *palmoſus* apud Iſidorum victorioſus. 116
PALMVLA χείρ. 205
PALMVLIS IN ALTERNAS DIGITORVM VICISSITVDINES CONNEXIS digitis pectanatim inter ſe iunctis. 129
PALPARE mitigare. ſic apud Plautum *palpum obtrudere* & *palpo percutere* adulari eſt. 172
PALVDAMENTVM Gloſſæ paludamenta χλαῖναι. 288
PALVMBVLVS. 213
PANCHÆVS ODOR Arabicus. Notæ ad Arnobium. 74
PANNOSVS τελοακὴς, ῥακιώδης. Vide Marcilium ad Perſium pag. 213. 132.148
PANNVLVS veſtimentum. 190 191
PAPYRVS ÆGYPTIA. 102
PARARE acuere. 197
PARARE PROFECTIONEM. 224
PARCE IN FOEMINAM. Sic *parce in verba* apud Symmachium. 103.105
PARCILOQVIVM. ſic Tertullianus *Minutiloquium*. 164
PARRICIDIVM & PARRICIDA non PARICIDIVM & PARICIDA, ſtulta illa orthographia quam Lambinus & Colulus excogitarunt. Vide Priſcianum pag. 553. 88. 172
PARENS OPTIMA compellatio qua iunior apud ſeniorem vtebatur acquirendi fauoris gratia. 111.154
PARENTARE Gloſſæ parentat ἀποκαίει νεκροῖς νεκύσια. 206
PARENTES qui parent legibus. 74
PARERE IMPERIO. 162
PARERE apparere. 108.160
PARILIS æqualis Papias. ἴσος. 161
PARILITAS. 265
PARTIARIVS HONOR qui cum altero communicatur. Iſidori Gloſſæ *partiarium communicarium*. Tertullian. *Partiarius* eſt ſectator. 156
PARTES portiones κλάσματα, μερίδες. 125.192.235.244. 245.266
PARTICIPARE PRANDIO prandii participatione donare. 104
PARTICIPARE participem facere. 104.232.304
PARTVRIRE. 189
PARTVS STIPENDIVM. 190
PASCERE de familia. ſic apud Catonem *benè veſtire* & *benè paſcere*. Vide Caſaubonum ad Spartian. pag. 48. Plauto *paſcua cibus*, & *paſcere* eſt edere in Rudente act. 4. ſcen. 8. 112
PASSIM ſine diſcrimine. Notæ ad Arnobium. 103.117
PASSIVA VENVS vulgaris ſic *ſcorta paſſiua* apud Hieronym.

nymum epiſt. 132. & *paſſiua libido* apud Firmicum & apud Tertullianum aduerſ. Valentinianum *paſſiui diſcipuli*, triuiales & viles, non diſſoluti vt inſulſe putat Pamelius. Vide Henricũ Grauium ad Hieronymum. 122

PASSIVA CONGERIES indiſcreta congeries. 177

PASTOPHORI ſacerdotes & paſtophorium atrium templi & ſacrarium Iſidoro. Paulinus epiſt. 12. Paſtophoria duo in templis Chriſtianorum à dextra & ſiniſtra vnum. 265.271.273

PASTORITIVS ποιμενικός. 233

PATAGIVM Papias interpretatur *pallium ex auro purpuraq; variatum*. Feſtus, *quod ad ſummam tunicam mulierum aſſuebatur ornatus cauſa*. 119

PATIENTIA pro membro virili. Notæ ad Arnob. 213

PATER vox blandientis.

PATOR hiatus χάσμα. 110.161. 253.261

PATRIMONIVM ὐσία πατρικὴ. 271

PATRISSARE. 341

PATROCINIVM προστασία. 173. 296

PATRONVS προστάτης. 305

PATRONOS NATVRÆ. Sic vocat Epicurum, Anaxagoram, Democritum & Leucippum. 291

PAVLO LARGIVS. 341

PAVLO SECVS ſimillimum. 288

PAVPERIES πενία. 18.271

PAVPERTINVS. 135.147

PAVSA quies. 257

PAVSAM DARE, TRIBVERE, FACERE. Priſciano medico lib. 4. *pauſare* eſt & PAVSANTES mortui Caſſiano cap. 5. co. lib. 2. 214.231.257

PAX interiectio comprimentis. Plautus Pſeudolo ſcena Quid hoc eſt. &c. *Itaq; dum enitor (pax) pene inquinaui pallium*. Sticho ſcena Morem vobis geram &c. *Fac tu hoc modo*. SA. *baba*. ST. *tata*, SA. *papæ*. ST. *pax*. 322

PECTINARE. Gloſſæ *pectino*, κτενίζω. Acta Martyrii Anaſtaſii: *Pectinare crines quos longa carcerum clauſtra nutrierunt*. 185

PECVA pecora. Lactantius a. 1. Statii Thebaid. *Pecus generale nomen omnium animalium effigie humana carentium*. 115.178.260.241

PECVARIVM MAGISTERIVM paſtorale. 253

PECVINVS πρoβατώδης. 257.272

PECVLIATVS diues. κτήσιος, πολυκτήσιος. 247

PEDES de lecto. ſic *pes menſa* apud Ouidium metamorph. lib. 8. fabula 11. & Plautus Menæch. Scena Bene obſonaui &c. *pedes nauales* remos vocat. 107.168

PEDICÆ laquei quibus pedes illaqueantur Papias. Ouidius lib. 15. Metamorph.

Retia cum pedicis laqueosq; arteq; doloſas. 165

PEDISSEQVVS ἀκόλουθος, ſecutor, pediſſequus, conſequus. Plautus Milite ſcen. Jamne eſt ante &c. *Sequere hac me ergo.* PY. *Pediſſequus tibi ſum.* 25

PELLICATVS Papias *pellicatus, concubinatus.* Gloſſæ *pellicatus,* ζηλοτυπία. 172.211.250

PENITA SCATVRIGINE interiore fluxu. 178

PENDVLA VENVS. vide Beroaldum. 122

PENETRABILIS. 160

PENSI DVCERE, *penſi habere* apud Salluſtium. 69

PENSVM OPERIS. 72

PENSILIS GRADVS ſuſpenſus gradus. 167

PERALBVS. 103

PER ALTISSIMVM PRÆCEPS per præcipitium. 145

PERARGVTVS ſonorus. 243

PERASTVTVLVS. 219

PERCIERE. 215

PERCITVS RABIE. Agellius lib. 2.c.12. *Quod coercendæ ſeditioni impares fuerint, populumq; partitum & dementem non deterritum.* Lege ex Palatino: *populumq; percitum & amentem.* 143

PERCITVS iratus. Plaut. Menæch. ſcen. 1. act. 2. *ego autem homo iratus animi perciti.* 138. 154

PERCITVS MALO, VIGILIIS, SPECTACVLO, VECORDIA, BONO, VRIGINE. 154.158. 168.170.203

PERCVLSVS turbatus, perditus, commotus. 281

PERCVLSVS inſanus. 272

PERDIVS Gloſſæ *perdius,* παννύχιος. Martianus Capella lib. 2. *Perdia atq; pernox ſacris namq; operata chartis.* Agell. lib. 2. cap. 1. *Stare ſolitus Socrates dicitur perdius atque pernox.* 116.168

PERDITVS FAME. 172

PERDVCERE ebibere. Propertius lib. 2. eleg. 9.

— etiam multo duxiſti pocula mero.

Arnobius in verſione Carmin. Orphei lib. 5.

Perducit totum Cyceonis lata liquorem. 89.240

PER EGO TE. Hac formula vtebantur in obteſtationibus. Virgil. 4. Æneid. *per ego te has lachrymas.* Liuius lib. 33. *Per ego te liberos precor, quaſoq;.* Plautus Rudente ſcena Pioh Cyrenenſes: *Per ego hac genua te obteſtor.* 174

PEREMTOR interfector. 198

PER ORA POPVLI. Salluſtius: *Incedunt per ora veſtra.* 104

PERESVS AMORE. 182

PERFACVNDVS. 360

PERFECTE ABSOLVTVS. 334

PERFERRE recenſere. 118.242

PERFICERE FACINVS. 158

PERFATILIS. 137.150

PERFLETVS. 115

PERFLVVS INCESSVS. 260

PERFRVI cum accuſatiuo.

PERFVNCTVS CÆNVLA. 131

PERFVSVS GAVDIO. 109

PERGIT IRE. 170

PERGERE ire. 180.320.333
PERICLITOR periculum facio. Sic apud Agellium, Terentium & Salluſtium *periculum* pro experimento ſiue experientia. 178.218.320
PERICLITABVNDVS. 158. 168
PERICLITATVS CAPITIS. 216
PERICLITANS. 177
PER ME LICET. 309
PER TE ἀφ' ἑαυτοῦ. 295
PER ORBEM circulari motu. 57
PERIDONEVS. 320
PERINFAMIS. 136
PERINIVRIVM. 324
PERLVTVS SVDORE. 129
PERMVLCERE ORATIONE, LEPIDO SVSVRRO FABVLIS, VERBIS LENIENTIBVS. 51. 102.105.196
PERNOX. Onomaſticon *pernox, παννύχιος*. 219
PERPENDICVLVM. 365
PERPETVARE. 120
PERROGO διερευνῶ, perſcrutor, rimor, percunctor. 353
PERPRVRISCERE de libidine ardenti. 249
PERSEVERARE remanere. ſic in lib. de Mundo PERSEVERANTIAM dicit durationem rerum quæ vniuerſo continentur. 68
PERSONARE clangere. 164. 232.341
PERSONAM AMICI MENTIRI. 210
PERSONAM VITÆ DEPONERE mori. 354
PERSONÆ pro re. 129.141. 144. 165. 215. 260. 321.363. 364
PERSONAM MEDICÆ SVSTINERE. 163
PERSONATVS ſimulatus ſiue fictus. ſic *perſonata felicitas* apud Senecam. & Scaliger de arte poëtica lib.1.cap.13. PERSONAM interpretatur *habitum fictum qui vera imitatur.* 205.213.246
PERSVLTARE Ouid.lib.4.metamorph.

— turmaq; frequentes
Helleſpontiaco perſultauere profundo. 157

PERTINAX. 338
PERTRVX BESTIA. 166
PERVADERE peruenire. 267
PERVICAX in malam partem. 223
PERVIGILIS. 122.130
PERVLA vterus. Ouidius libro 15. Metamorph. *domum* vocat. 165
PESSVM DEIICERE. 163
PESTIS de mala muliere. 164. 354
PESTIS pernicies. Quintil. *Cui potiſſimum parti tacitæ peſtis pondus inſideret.* 195. 251
PESTILENTIA pro communi morbo. 149
PESTILENS AVARITIA elegantiſſimo epitheto ornauit vitium deforme. 224

PETERE percutere. 148.164. 242
PETERE aſpicere. 185
PETERE aggredi. 117
PETERE ire. 165.171.210
PETERE DOLIS. 197
PETERE, PETITOR & PETITIO de nuptiis Ouidius 1. Metamorph. fabul. 13.
Multi illam petiere, illa auerſata petentes.
lib. 2. fab. 9.
Diuitibusq; procis ne me contemne petebar.
lib. 3. fab. 7.
Multi illam iuuenes multi petiere puellæ. 117. 157. 205. 210. 318. 319
PETITVS petitio. 175.303.305
PHALERA Oroſius lib. 5. cap. 16. *phaleræ equorum diſpertitæ.* 247
PHILTRVM Notæ ad Arnob. 294
PHRYX ſtolidus, non contumax vt Pyrrhus putat. 341
SERVITIVM ſeruitus δουλεία. Cyprianus de reſurrectione Chriſti: *quorum parricidalia vota ſeruitium & exterminium meruerunt.* 19.231
SERVITIVM SERVIRE. 22. 364

SERVITIVM ſedulum obſequium Græcis θρησκεία lib. XI. *ſedulis obſequiis & religioſis miniſteriis promereri.* 204
SESSIBVLVM ſedile. 112
SEVERITVDO ſeueritas. 113
SEXVS SEQVIOR muliebris. 191. 249
SIBI παρίλησιν. 186. 207. 236. 318. 354. 564
SIBILVS συριγμός. 206
SICARIVS Iſidorus, Sica clunaculus, machæra &c. ſimilis vidubii, hoc maximè vtuntur, qui apud Italos latrocinia exercent. 206. 291
SICCINE verbum caſtigantis. Plautus Pœnulo ſcena Negocii ſibi. &c.
Siccine ego te orare iuſſi. Arnob. lib. 4. *Siccine quæſo apud vos ſupernare naſcitur eminentiâ poteſtatum.* 161. 219 291
SICVBI εἴπου. 142
SICVNDE aliquâ ex parte. Zeno ſermon. 2. De Baptiſmo. *Sicunde ſuſurrus ingreditur, queri ſe exiſtimet.* 116
SIDERALIS ἀστρόεις. 116
SIGNARE teſtari. 185. 265
SIGNIFER incitator & fax omnium Prudentio in Rom. Martyre. Sic apud Panegyriſtèn Oratione Maximiano dicta, *ſignifer nefariæ factionis.* 131
SIGNIFEX ἀγαλματοποιός, ἀνδριαντοποιός, *fictor.* Arnobius lib. 6. *Inter ſignifices ille memoratus ſigna & ſigilla* ſtatuæ paſſim apud JCtos. 54. 116
SIGNIFICATVS ſignificatio. Arnob. lib. 1. *Vnde nouit antiquitas miſeriarum hac nomina, vnde bellis ſignificatum dedit.* Seruius in 4. Æneid. fol. 319. *quia delubra quaſi ſolum nomen ſine Dei ſignificatu poſuerat.* 10. 51
SIGNVM ſimulachrum. *ſigna inertia* apud Arnobium. 116
SILENTIOSVS *ſilentio plenus.* 266
SILEX in fæminino genere. 184
SILVOSVS. 199
SIMILIS IN SPECIEM. ſic *in conuiuas æmulus* & *in ſororis ſceleratas nuptias æmula.* 103. 250. 253
SIMILITER ÆSTV PELAGI. 83
SIMPVLVM genus poculi. vide Lipſium Antiqu. lect. 4. & Rubenii Electa. 285
SINE SINE Geminatio elegãs, vt apud Plautum, *Age age, Apage apage.* 105
SINE CVRA ESSE, eſſe otioſum à metu. Cicero ad Attic. l. 12. epiſt. 7. *Te ſine cura eſſe iuſſit.* Agell. lib. 2. c. 26. *Mater hortatur, vt ſine cura & metu ſint.* 125
SINE MODO, ſine intermiſſione. 153
SINE MORA, ſtatim. 126. 153
SINGVLTIM Iſidorus, *qui loquitur per gluttuos.*
SINGVLTV CREBRO SERMONEM INTERFICERE. Horatius lib. 1. ſatyra 6. *ſingultim*

tim pauca locutus. Albinouanus ad Liuiam: *ſingultu medios impediente, ſonos.* 278
SINISTRO PEDE infauſto eſt & malo auſpicio. 104.264
SINVARE VELA, curuare, torquere. 365
SINVOSVS κολπώδης. 60
SIPARIVM genus veli inimici in Onomaſtico ἰφεσπὶς. Petrus Victorius Var. lect. lib. 30.c.24. 106
SI QVANDO, *ſi fortè* Tertulliano de pudic.c.17. 272
SI QVID AD REM FACIT. 146
SI QVID ADVERSI CAPVT TVVM RESPICIT. 135
SIS FÆLIX formula fauſta adprecandi. 121
SISTERE verbum iudiciale pro præſentare. Prudentius Laurentio martyre:
— *Laurentium ſiſti iubet.*
Acta Martyrii S. Victoris: *Victor præſentia Maximini ſiſtitur.* Inſcript. vetus:
SISTI. QVÆ. CVNCTOS. IVBET. AD. VADIMONIA. MORTI.
130.150.158.304
SISTERE OBSEQVIVM. 239
SITIENTER auide. 135
SISTRVM *inſtrumentum ſonorum, quod ab Iſide inuentum eſt, eſtq́ genus tympani.* Papias. 127
SITARCHIA pro alimento poſuit. 119
SITITOR NOVITATIS ardentiſſimus cupitor. ET SITIS flagrans deſiderium apud Ciceron. ad Atticum lib. 1. epiſtol. 14. ſic *ſitis vitæ* apud Lucretium. Notæ ad Arnobii librum 1. 103
SOBOLES crines largiter creſcentes. 118
SOBOLES ARBORVM Gloſſæ *ſoboles, proles, propago, progenies, poſteritas.* Firmic. aſtron. lib. 7. cap. 7. *ſoboles foliorum.* Quintil. Declam. 5. *ſoboles flagitii.* 260.329
SOBRIEFACTVS ad ſobrietatem & meliorem mentem redactus. 205
SOCRATEM SVPERRVO pro ſuper Socratem ruo. 109
SOLIS ACIES. 118
SOL NOVVS recenter ortus. 114
SOL CVRVATVS ad occaſum flexus. 268
SOL ORTIVVS: Capella: *Ortiui ſolis illuminatione perfunditur.* 131
SOLIDE vehementer. 135
SOLIDVM EXCLAMARE, exertè clamare. 171
SOLITAS ſolitudo. 225.288
SOLITARIVS μονήρης. 133.146
SOLVERE eximere. 337
SOLLICITARE de nuptiis. 171. 328.332
SOMNI NEBVLA. Hieronymus, *Quaſi antiqui per nebulam ſomnii recordamur.* 128
SOMNO CONCEDERE. 117
SOMNO RECVSSVS. 153
SOMNOLENVTS ὑπνώδης. 114. 206
SOMNVM HVMANVM QVIESCERE. 218

SOMNVS STYGIVS Horatio *lethaus.* 181.185
SONACI ſonoro. 202
SONOR ſonus, βορμός. Tacitus: *Spernerent barbarorum ſonores.* 9.357
SONORVS ἠχώδης, & *ſonora vox* apud Hieronymum. 361
SOPITVM MARE placidum. 136
SOPITVS LENI QVIETE. 170
SOPITVM QVIESCERE. 150
SOPORE MORTVVS. 112
SORBILLARE. Onomaſticon *ſorbillo*, καταῤῥοφέω. Papias, *ſorbet, ebibit*, inde *ſorbitiuncula.* 121
SORDES auaritia. Quintilianus lib. 5. cap. 4. *Incuſant eius ſordes.*
SOSPITATRIX. 261
SOSPITATOR ſalutifer. 218
SPATHA. Papias, *gladium ex vtraq; parte acutum.* Gloſſæ Latino-Arabicæ *clunaculum* interpretantur. 103. 236
SPECIE pro ſpeciei. Agellius lib. 9. c. 13. 3
SPECIES decor. 118
SPECIES pignus. 112
SPECIMEN. 44
SPECTAMEN ſpectaculum θεωρούμενα. 151.193.303
SPECVLA ſpes. Plautus Rudente: *Nec vlla ſpecula eſt qua ſalutem adferat.* Perſa: *Ecquid quod mandaui tibi eſt mihi in te ſpecula.* Saluianus: *vna ſpecula datur.* 175. 235.253
SPECVLA ſpeculatorium σκοπία. 138.
SPERNENS HÆREDITATIS. 336
SPICVLVM ἀκόντιον, ſagittæ & lanceæ breues. 208
SPINETVM ἀκανθεών. 145
SPIRANS CARBVNCVLVS niuus carbo. 196
SPIRITVS pro anima. Vide Notas ad Gennadium. 127. 180
SPLENDICARE. 162.190
SPLENDIDE AMICTVS. 123
SPONDEION poculum libatorium. Vide Suidam in voce σπονδεῖα, & Pollucem lib. 10. cap. 18. 266
SPONTALE vltroneum. Sidonius lib. 8. epiſt. 9. ſpontaliter facere. 147
SPORTVLA Plaut. Mænechm. Sportulam cape, atq; argentum atque obſonium adfer. 113
SPORTVLÆ NVPTIALIS. Vide quæ Juretus ad Simmachũ notauit. 191.329
SPRETVS aſpretus nomen. 43
SPRETOR contemtor. Ouidius Metamorph. 8. fab. 9. *deorum ſpretor erat.* 137
SPVMABVNDVS. 303
SPVMEVS. 210
SPVRCITIES ſpurcitia. 214
SPVRCISSIMVS MADOR lotium. vide HVMOR. 106. 110
SPVRCISSIMVM PROPVDIVM Maledictum in impurum hominem. 215

SPVRIA

SPVRIA ſic partes muliebris vocat, ſiue MARINA VIRGINALIA. Turneb. Aduerſ. lib.35.cap.17. 297
SPVRIVS νόθος. 177
SQVALLOR ſordes. *Squallidum, incultum, informe, ſordidum* Papias. Sic lib.8. *incuria ſquallida*, & apud Tertul. *ſquallentia* de adhortat. caſtitatis cap.11. Omnino videndus Agellius lib. 2. c.6. 172. 204
SQVAMEVS λεπιδώδης. 262. 343
STABVLARE αὐλίζομαι. 140. 175. 264
STABVLATIO. 145
STABVLARII caupones. Onomaſt. Stabularius, πανδοχεύς. 109. 110
STABVLVM diuerſorium. Ambroſ. in Lucam lib.7. *Stabulum eſt quo feſſi longo itinere ſuccedere ſolent.* 104. 111
STARE AB ALIQVO. Plautus Rudente ſcen. Cupio ædepol. *Atque nunc abs te ſtat verum.* 308
STATVS ſtatura. 184
STELLIO eſt genus lacerti, ſed venenati. hic pro malo filio ponitur. 172
STIPARE Papias *condenſare, congerere, arctare, circumdare.* 130. 145
STIPATORES REGALIVM LATERVM laterones, σωματοφύλακες. Firmicus *protectores principum vocat.* 69
STIPENDIA PRIMÆ PVERITIÆ. 102
STIPS Gloſſæ ἔρανος ἐλεημοσύνη. 104
STIPIS EXIGVÆ minimi precii. 103
STIRPS pro filio. 210
STOMACHARI indignari, ſeu linguam ad iurgia ſoluere, vt Ouidius ait. Firmicus, *erunt animo malo & ſtomachoſo*. Sic ſæpe *ſtomachus* pro bile & indignatione apud Ciceronem. 172
STRIATVS rugoſus. 261. 289. 296
STRIDOR de morientibus hominibus. 108. 252
STRIGÆ Gloſſæ *ſtriga*, γυνὴ φαρμακίς. 165
STROPHIA vincula. 265
STVPPEVS. 276
STVPRATOR adulter. 129
SVADA MAIESTAS. 272
SVADELA πειθώ. in Gloſſ. 28. 225. 228
SVAMET & SVOMET. 287. 298
SVAVIA
- HIANTIA. 135. 156
- MELLITA. 154. 176
- MELLITISSIMA. 119
- PATILA. 168
- PETVLANTIA. ibid.
- PROMTA. 192
- PVRA. 248
- SINCERA. ibid.
- SORBILLANTIA. ibid.

SVADERE cum accuſatiuo.
SVAPTE ſua ſponte, ſua natura. Papias. 228
SVB DIO *ſub Ioue frigido*, vt ait Cicero 1. Tuſc. & Horat.

Ode l.carm.1. Valerius Flac. *ſub nudis aſtris.* Papias, *ſub dio, ſub patenti cœlo, ſub aere nudo.* 232
SVBINDE identidem. 106
SVBTERRANEVM SEMIROTVNDVM. Hæmiſphærium intelligit, quod Antipodes incolunt. Vide Beroaldum lib.xi. 260
SVBARE. Scholiaſtes Horat. Epod.12. *Subare propriè dicuntur ſues, quando libidinātur. hîc autem ſubando, id eſt, ſupra virum ſe agitando. hinc propter libidinem ad alia animalia atque etiam mulieres tractum eſt.* 298
SVBIRE ſuſtentare. 159
SVBIT in mentem venit. 192
SVBITARIVS extemporarius. 364
SVBIVGVS qui ſub iugum mittitur, Græcis ὑπόζυγος. *Subiugales beluæ* Prudentius. Contrarium *abiugaſſere*, ἀποζεῦξαι in gloſſis. 194
SVBLVCIDVS parum lucidus. 74
SVBLVVIES. 220
SVBNERVARE neruos incidere, Papias. Gloſſæ, *ſubneruo*, νευροκοπῶ. 252.327
SVBSERVIRE. 9
SVBSICIVVS ASINVS. 214
SVBSICIVA GRÆGIA, ſecunda Græcia. ſic apud Arnobium *ſubſiciua laudes, ſecundaria*, vt notat Caſaub. 294
SVBSICIVA SOLLICITVDO reliqua. 133
SVBSISTE expecta. 123
SVBSISTERE ſubuenire. 126. 139.167.174.257
SVBSITVS ſubiacens. 174
SVBSTITVERE MEDELAM ſubuenire. 139
SVBVENIT in mentem venit. 141
SVCCESSIO bona. 252
SVCCIDANEVS, ἀντικείμενος, *ſucceſſor. Tergum ſuccidaneum.* Plautus Epidico ſcena, Rem tibi ſum elocutus. 213
SVCCIDVM SOLVM. 289
SVCCVBARE. 107
SVCCVBA. Iſidorus, *Ancuba, ſuccuba*, Gloſſæ Arabico-Lat. *ſuccuba, pellex*. Ouid.
--- *lecti quoq; ſuccuba noſti.*
Prudentius pro *catamito* ponit. 250
SVCCINCTVLA. 117
SVCCVS quarto inclinatu. 244
SVCCVSSVS ſurſum excuſſus. 107
SVDA TEMPESTAS. Contrariū eſt *craſſa* & *cæca tempeſtas* Perſio & Lactantio. 262
SVDES pali acuti, ſtipites, fuſtes. 208
SVDORE PERFLVERE. 107
SVDOREM DESVDARE. 312
SVDORVS. 209
SVFFARCINARE MVNERIBVS. *Suffarcitum incedere cum libris.* Plautus Curcul. ſcena, Date viam. 230
SVFFICIENTER pro quo Cicero *abunde ſatis* dicit. 197
SVFFICERE PROLEM extundere. Vide notata ad Arnobii lib.3. 110

SVFFVGIVM. 196
SVFFVSCVLVS nigranti facie. 120
SVFFVSVS IN RVBORE. Ouidius 1.Metamorph. *Pulchra verecundo ſuffundens ora rubore.* 115
SVLCARE VIAM. 65
SVLCATVS GRESSVS de ſerpente. 167
SVLCI RVGARVM. 184
SVLCAMINA. 174
SVMMATIS DEA præcipua. *Summates matronæ* ap. Plautum Ciſtellaria ſc.1.a.1.267
SVMME PRÆCIPVVM. 113
SVMME AGNITVS familiariſſimus. 104
SVMME DECORVS. 136
SVMERE accipere. Varro, *Quotiens cibum ſumſiſſent.* 181.183
SVMERE haurire. 24
SVMMVLA pecunia. 248
SVMITVR capitur, ſic, *ſumam locum*, pro capiam ap. Plautum Aulular.ſcen.Fidei cenſebam. 116
SVMMIS VOTIS EXPOSTVLARE. 137
SVMNE EGO INEPTVS. Hac phraſi ſæpe vtuntur Comici. 211
SVPELLEX Papias, *inſtrumenta domus, id eſt, omnia vtẽſilia,* ſed melius dicitur *ſupellectilis.* 346
SVPERCILIORVM SEPES. 37
SVPERCILIVM AMNIS ὀφρὺν τοῦ ποταμοῦ. Sic *ſupercilium montis* apud Egeſip.l.1.c.30. 169
SVPERPONDIVM ὑπέρμετρον. 196
SVPERSEDERE. Papias, *ſuperſedeo, omitto, prætereo, taceo.* Gloſſæ, *ſuperſedeo,* ἐπέχω. 285
SVPERVIVERE is dicitur, qui cũ iam morruus videretur, refocillatus reſpirauit ac velut reuixit. Beroald. Græc. περιβιοῦν, 108
SVPERVACANEVS, ſuperfluus, inurilis περισσός. 35
SVPINATVS reclinat⁹. 203.210
SVPPATENTES CAMPI. 204
SVPPETERE. 43.314
SVPPETIARI poſtea dicit SVPPETIATVM DECVRRERE & SVPPETIAS FERRE. 184.147. 234
SVPPETIAS EXTINGVERE. 130
SVPPETIATVM CONVOCARE. 190
SVPPEDITAT adeſt. 140.188
SVPPLEMENTVM VENERIS. Plaut *ſtabilimentũ* vocar. 149
SVPPLEX Gloſſæ ἱκέτης. 164
SVPPLICAMENTVM & SVPPLICIVM ſacrificium. Liuius lib. 27. *Suppliciis votisq; fatigare Deos.* & Salluſt. Arnob. lib.7. *Diis certa ſupplicamenta præſtare.* 6.16.39.49.85.93.165
SVPPLICARE ſacrificare. 192. 310.314.315
SVRGERE IN VENEREM. 198
SVRGERE ſurſum ferri. 63
SVRIRE libidinari. Notæ ad Arnob. 198
SVSCEPTARE ſuſcipere. 128
SVSCIPERE incipere. ſic *excipere* apud Ouid. pro reſpondere 1.Metamorph. 127.135.146. 150.174.227

SVSPENDIVM LEGIBVS vox hominis truculente ſuperbi & extreme leges contemnẽtis. Sic apud Iuuenal. ſatyr. 10. verſ. 52. *Fortunæ minaci mandare laqueum.* 234

SVSPENDERE ſubleuare. 148

SVSPENSVS GRADVS leuis. Firmicus: *Molliter ambulantes veſtigia ſua cum delicata quadam moderatione ſuſpendant.* Notæ ad Arnobium. 138

SVSPICERE venerari Seneca epiſtol. 5. *Suſpiciant omnes vitam noſtram ſed & agnoſcant.* 117

SVSPIRATVS ſuſpiritus. 105. 169

SVSTINERE expectare. 267

SVSTINERE VITAM. 244

SVSVRRAMEN incantamentum magicum. Notæ ad Arnobium. 103

SVSVRRARE ψ. ψιθυρίζειν. Suſurro qui in aurem loquitur detrahendo alteri. 217

SVSVRRVS ſermo ſuauis. 103

SVTRINA Papias: *Sutrinum ſiue ſutrium locus vbi ſuuntur ſpecies aliquæ.* Sic Iſidor. in Gloſſ. *artificina in qua artes exercentur.* Tacit. lib. 15. Annal. cap. 34. *Vatrinius ſutrinæ tabernæ alumnus.* Sic apud Lactantium lib. 1. cap. 18. *Docere ſutrinam.* & Senecam epiſt. 91. *Sutrinum inuenire.* & *Sutriballus* apud antiquum ſcholiaſten Iuuenal. *ſutor veterum.* in geſtis S. Marci. *Cum veniſſet Alexandriam, mox vt vrbem ingreſſus eſt, calceamentum eius diſruptum eſt, quod ipſe intelligens ait: verè iter meum expeditum eſt. Quendam verò conſpiciens qui ſuere vetera ſolitus erat, calceamentum tradidit corrigendum.* 346

SVVM FACERE emere. 223. 224

SYCOPHANTA. Gloſſæ συκοφάντης, *calumniator, ſycophãta, &, ſycophantari, ſycophantias ſtruere* Plauto Trinummo, ſcena, Vt mihi rem narras. 193

SYMBOLÆ pacta, indicia aut ſigna, de quibus inter aliquos conuenit. Plaut. Pſeud. ſcen. 1. act. 1. & ſcen. 2. act. 2. Papias in *Symbolum.* 451

SYMMISTÆ. 110

SYMPHONIA. 261

SYRENES eleganti vocabulo Auſonius in epitaphio Nepotiani Grammat. vocat *melodas virgines.* 61

T.

TABERNA pro domuncula medici. Plaut. *medicinam* appellat Mænech. ſc. Per ego vos Deos. 364

TABERNARIÆ BLANDITIÆ viles. 329

TABERNARII popinarii, caupones. 344

TABERNVLA taberna diuerſoria, 190. 236. 314

TABVLINA tabulæ σανιδώματα. 364

TACE TACE. Plautus Perſa ſc. Satin' Athenæ: *Tace tace, nimis tu quidem hercle ſtultus es pueriliter.* 105
TÆNIA SPARTEA. Vide TOMICA. 137
TALENTVM MAGNVM. Priſcianus interpretatur 83. *minas.* 191
TALORVM TENVS vſque ad talos. 269
TALVS ἀστράγαλος. Seneca ep. 53. *Talum extorſiſſe nos dicimus, aut in aliqua exercitatione laboraſſe.* 354
TAMEN tandem Cic. 3. Tuſc. *Tamen aliquid relinquetur.* Plaut. Aſinar. *Alio ibit tamen.* Propertius:
Inueniam tamen è multis fallacibus vnum. 161
TANTILLVM ANIMALIS. 125
TANTILLVM modicum. 129
TANTILLO paruo. 132.154
TANTISPER interim. 198
TANTVS NATV id ętatis. Plautus Bacchid. ſcena Iamdudum, *Tantus natu deorum neſcis nomina.* 271
TANTVS ANIMI. 287
TAXARE. Siculus Flaccus pag. 9. *Pretio taxent.* Concilium Aruernenſe c. 28. *Taxato & oblato pretio.* Et *Taxatio* ap. Plinium & Vegetium de Mulomed. 293
TECTVM SCANDVLARE. Vide SCANDVLARE.
TEGILE & TEGIMEN veſtimẽtum vile & plebeium. Onomaſt. καλυμμένον, *tegillum.* Gloſſæ *tegimentū*, στέγασμα, κάλυμμα, σκέπασμα. 222. 232. 248
TEGVMENTVM. 202
TELA Gloſſ. *telum*, βέλος. Hic pro pugnis, cubitis, manibus ponitur. 126
TELETA ſacrificium expiatorium. vide Beroaldum. 268. 270. 273
TEMERARIVS CACHINNVS ſolutus riſus. 219
TEMERARE negligere. 162
TEMERO Onomaſt. μολύνω, *adulterio polluo.* Ouid. 2. Metam. — *Patrium temeraſſe cubile* Statius l. 9. — *Inuiſo quamuis temerata cubili.* & l. 11. — *Apollineæ temerator matris.*
Sic & ap. Ambroſ. epiſt. 65. *Alienæ pudicitiæ temerator.* Tacit. lib. 1. *Eandem in matrimonio M. Agrippæ temerauerat.* 106
TEMERE negligẽter & leuiter. Sic Ammianus l. 14. *Temerè contextis ratibus.* 145. 308
TEMPERACVLVM. 342
TEMPERATA FORMOSITAS Agellio *Stata formoſitas* l. 5. c. 21. 157 (110. 186
TEMPERARE POCVLIS, ICTIB⁹.
TEMPERARE A LAVDIBVS. ſic Chalcidius ad Oſium, *Temperare à labore.* & Liuius l. 39. *Temperare à ſacris.* 117. 305
TEMPERATVS ICTVS certus ictus. 117. 119
TEMPESTAS FORTVNÆ

eleganter. Sic *Tempeſtas morbi* apud Theodorū Priſcianum præfat. lib. 1. *Tempeſtas perſecutionis* apud Aldhelmū de laude Virginit. *Tempeſtas vitæ* apud Firmic. *Tempeſtas cupiditatum* apud Eucheriū in Geneſ. l. 1. c. 4. 255. 263

TEMPESTIVVM CONVIVIVM quod iuſto tempore & die fit. Vide Agell. & Turneb. Aduerſ. lib. 6. c. 16

TEMPORARIA SEDES inſtabilis. 190

TEMVLENTVS. 183

TENACISSIME DISSIMVLARE vehementer diſſimulare. 167

TENDOR extenſio. 153

TENEBRARE. Papias *tenebras facere*. 207

TENEOR TIBI obſtrictus ſum tibi. 135

TENERE inter obſcæna. Terentius, *Teneo ego te mea Antiphila*. 138. 140. 165. 183. 260. 249

TENVIS paupercula. 219. 270

TENVATVS imminutus. Firmicus præfat. lib. 4. *Tenuati corporis fatigatione languescunt*. Horat. ſerm. lib. 2. Satyr. 2. *Seu recreare volet tenuatum corpus*. Ouid. Amor. 1. eleg. 6.

Longus amor tales corpus tenuauit in vſus. 124. 149. 276

TENVE HOSPITIVM paruum. 112

TERGA VORTIT fugit 122. 125

TERGVM MVNDI. *Tergum epiſtola* apud Sidonium libr. 2. epiſt. 10. 315

TERRÆ REM SVAM REDDERE ſepelire. 113

TERRÆ SECRETARIA. 65

TERRÆ TARTARA. 44

TERRA CÆSAREATA VIRIDANTIS COMIS. 76

TERRICVLAMENTVM. Onomaſt. *Terriculamenta* δεῖματα. Sidonius epiſt. 1. lib. 7. *Terriculamenta prodigiorum*. *Caſſam terriculam* dicit Næuius. Notæ ad Arnob. 50

TERRENA SIDERA de ſacerdotibus. 283

TERTIATA VERBA imperfecta. Feſtus. 166

TERVNCIVM. 323

TESQVA loca agreſtia & deſerta. 348

TESSELLATVS ſiue TESSERATVS pro acuto. 215

TESTARI AVXILIVM implorare. 154

TESTATO coram teſtibus. 324

TEXILIS. 26

TEXTRICES ANVS parcæ. 180

TEXTRINA. 346

THALLI Papias *Arborum rami florentes*. Gloſſæ Seruii, *Verbena*, θαλλός. 265

THERSITES de agreſti & ridiculoſo homine. 341

THESAVRVS FRAVDIS. Sic *Theſaurus ſtupri & mali* apud Plaut. Mercatore ſcen. Ex ſummis opibus. 162. P

THORO FACIEM IMPRESSA. Poëtica locutio vt apud Virgil. —— *Os impreſſa thoro*. 204

THYME-

THYMELICVM CHORAGIVM pro ſcenico apparatu. 284
THYESTA conuitium in hominem deformem. 284
THYRSVS. 271
TIARA. Hieronym. *Tiara eſt genus pileoli quo Perſarum Chaldæorumq́; gens vtitur.* vide Tzetzen chil.8.hiſt.189. Sidon.lib.8.epiſt.3. *Inter ſatrapas regum tiaratorum myrrhathos venerabili ſqualore pretioſum.* 253
TIBI TREPIDO anxius ſum pro te. 117
TIBI ſæpe nihil ſignificat, ſed explet ſaltem orationẽ. 220
TIBIAM ZYGIAM recte Beroaldus interpretatur nuptialem. Perperam Jacob. Gutherius de Jure Manium lib. 1.pag.161. *comicam, quâ chorus in paria duo diſtributus vtebatur.* 157
TIBICINIVM. 341.342
TIGILLVM. 108
TINNVLVS acutus, purus, liquidus, leuis. Papias. Vide Plautum. 105
TITIO. Gloſſæ δαλὸς, *Titio, torris.* Lactantius lib.4.c.14. *Titionem vulgus appellat extractum foco torrem, ſemiuſtum, extinctum.* 200
TITVBANTE VESTIGIO. Phædrus fabul.71. *Sero domum eſt reuerſus titubante pede.* 128
TOGA PALMATA. Firmicus, *Aureas proconſularium palmatas & prætextas decernit.* Auſonius Eidyllio 4.
Vt trabeam pictamq́; togam
mea præmia conſul
Induerer. — 288
TOGA VIRILIS. ibid.
TOGATI VVLTVRII. Cælius Rhodiginus Antiq. Lect.l. 8.c.18. *Apuleius cauſidicos & oratores forenſes probroſis inceſſens verbis, quod eis conceſſum ſit in medio foro latrocinium exercere, Togatos nominauit Vultures.* Sic Columella lib. I. ſtudium forenſe *caninum*, imo *latrocinium* appellat. Verba eius ſunt: *Sed ne caninum quidem ſicut dixere veteres, ſtudium præſtantius locupletiſſimum quemq́; adlatrandi, & contra innocẽtes ac pro nocentibus neglectũ à maioribus, à nobis etiam cõceſſum intra mœnia & in ipſo foro latrociniũ.* Vide Auguſt. confeſſ.lib.1.c.16. Firmicum aſtron.l.4. proloquio. 255
TOMENTVM STVPPEVM. 276
TOMICA SPARTEA poſtea vocat HELCIVM SPARTEVM, COPVLAM SPARTEAM, TENIAM SPARTEAM ex cannabi impolito & ſparto leuiter tortas reſtes. Vitruuius lib.7.c.3. *Mataxa & tomica. Tomicæ ex ſparto Hiſpanico.* Heſychius θώμιγξ λεπτὸν σχοινίον. Idem θώμιγξις σπαρτία πεπλεγμένα. Paulinus, *Funes ſpartei.* Vide Dn. Rutgerſium variar. lect. lib.3.c.9. & Bernhardum Baldum de Vitru-

nianorum verborum ſignificat. in voce *Tomice*. 213. 222
TONDERE pro carpere de capellis. 169. 253. 368
TONITRVS genere maſc. vt & Statius Thebaid. l. 1. Lucanus in neutro ponit *fructuq́; tonitrua*. 47
TONSTRINA *tonſoris officina*, Papias. 136
TOREVMATA cælamina. 344
TORMENTVM. Gloſſæ *Tormēta*, μάγγανα πολεμικά. 205
TORNARE. Onomaſt. *Torno*, τορνεύω. 57
TORNVS. 346
TORPIDVS attonitus. 233
TORQVES CVRVÆ circuli curui. Iſidori Gloſſæ, *Ornamenta colli ex auro & gemmis*. Papias, *Circulus aureus à collo vſq; ad pectus deſcendens, vel vinculum colli ſicut compedes pedis*. vide Iſid. orig. l. 19. c. 31. Paſſerat. ad Propert. el. 5. l. 4. 71. P
TORTILIS flexilis. 196
TORTVOSVS flexilis. 104
TOT IVGIS DIEBVS tot diebus. Vide Beroaldum. 125
TOTVS pro omnis. 113. 139. 141. 152. 183. 193. 210
TRANSADIGERE. 147. 203. 234
TRACTARE ALIQVEM DICACVLE, HVMANITER, INCIVILITER. 105. 199. 213
TRACTVS tractio. 184
TRAGOEDIAM LEGERE. Papias, *Tragœdia carmen luctuoſum quo antiqua facinora & geſta ſceleratorum regum ſpectanti populo tragœdi concinnabant*. 238
TRANSABIRE. 202
TRANSIGERE forenſe vocabulum. 204
TREPIDI REGIONIS pro incerti & anxii. Virgil.
— *hominumq; locorumq; ignari*. 205
TRIBVNAL δικαστήριον. Agellius lib. 1. c. 22. *Dicitur in foro in comitio apud tribunalia*. 130
TRIBVTVM redditus, penſio. Sidonius Apollin. lib. 6. *Debitum glebæ canonem* dicit, vbi vide Notas Wowerii. Tertullianus obiter emendandus, contra Iudæos c. 3. *Circumciſio quæ temporalis erat, tributa eſt in ſignum populo contumaci*. vulgò *imbuta eſt* malè legitur. 338
TRICLINIVM cœnaculum dictum à tribus lectulis diſcubentium ad conuiuium. Papias. 248
TRIETERICA ORGIA Bacchi ſacra quæ tertio anno innouantes. 282
TRIFORMI FACIE τρίμορφος. 257
TRIGEMINO CORPORE CHIRION. 137
TRIGONVS quid ſit docet Firmicus lib. 2. aſtron. c. 10. 5
TRILINGVIS trium linguarum peritus. ſic *bilinguis* apud Curtium pro callente duas linguas. Arnobio & aliis ſcriptoribus *Bilinguis* eſt

eſt ſubdolus & verſipellis, ſicuti iam olim monuimus. Adde Auguſtinum de Tempore ſerm. 248. *Chriſtianus non debet eſſe bilinguis, non ſuſurro, non detrectator.* Cyprianus de ieiunio: *Bilingues cauſidici.* Zeno Veronenſ. de liuore. *Bilinguem eſſe hominē & duplici mente non aliunde quā de inuidia naſcitur.* Plautus Perſa, ſc. Penſum meum, *Bilinguis ſceleſtus.* 259

TRIONES. Papias, *Aratorii boues quaſi terriones eo ꝙ terram terant.* vide Agel. l. 2. c. 21. 42

TRIIVGO CAPITE, triplici capite. 181

TRIPVDIANS. Gloſſæ χορεύω, *tripudio* & *tripudiatio*, χορεία ἱερὸς περὶ τ̃ βωμὸν, & *tripudium gaudium* Papiæ. 195

TRISTITVDO, poſtea TRISTITIES dicit λύπη in Gloſſis. 122. 231

TRIVIALIS ſordidus. ſic *triuialis ſermo*, & *triuialia verba* & *triuialiter inſtitutus* apud Arnob. lib. 1. Sueton. in Albutio Rhetore. Quintil. lib. 1. *Triuialis ſcientia.* 212

TRVX toruus ἀπηνής. 172. 341

TVBÆ & TIBIÆ diſcrimen. 315

TVBAM TERMINALEM vocat quod ludrica certamina finiret. Statius:

Jam placidæ dant ſigna tubæ. — 354

TVBERARE tumorem quendam præ ſe ferre. Gloſſæ *Tubero*, φυματίω. Papias, *extuberare, tumere.* 121

TVBVLATIO de veſtimēto. 346

TVBVRCINARI raptim vorare. Onomaſt. *tuburcinor*, λαφύσσω. Plautus Perſa ſcen. Omnem rem, *Tuburcinari de ſuo.* Nonius, *Tuburcinari.* 183

TVCETVM eſcæ delicatæ. Ipſe antea BEATVM EDVLIVM vocat Iſidorus, *Tucetum bulla condita apud Gallos Alpinos.* L. *Tucetum bubula c. a. G.* 164. 190

TVGVRIOLVM οἰκίδιον, caſa pauperis. 147

TVLLIANVM carcer etiam in prouinciis. 221

TVMENS ſuperbus. ſic *tumidus animus* in Apolog. vbi ineptè *timidus* reponunt. Horat. *Laudis amore tumes.* Et Prudent. de equo generoſo, *Preſſisq́ tumeſcit habenis.* 163

TVMIDVLVS. 278

TVMOR propriè de aquis. Græcis ἀνοίδησις. Beda Homil. 4. poſt Epiph. fol. 197. *Tumidi gurgitum cumuli.* Virgil. 1. Georg.

— *qua vi maria alta tumeſcant.*

Ouidius 2. Faſt. *Albulaq́ hybernis forte tumebat aquis.* Val. Flac. l. 2. *Decimæ tumore vndæ.* Hilar. in Geneſ. *Diluuii cecidit tumor.* Ammianus lib. 26. *Humentis ſubſtantiæ tumor.* 260

TVMVLTVARIO raptim. 157

TVMVLTVARIVS pro præpoſtero & ſubitario. 109. 145

TVNICATVS veſtitus. Onomaſt. *Tunico*, χιτωνίζω. 222
TVOMET. 319
TVOR aſpectus. Iſidorus *tuore*, *viſu*. 48
TVRBA MISCELLANEA ὄχλος συρφετώδης. 122
TVRBARE de ſeditionibus. ſic *turbare turbas* apud Plaut. Bacchid. ſcen. Quam magis. Vide de la Cerdam ad Eclogas Virgilii fol. 6. 65
TVRBELLÆ. 48
TVRBVLENTARE diſturbare. Onomaſticon *Turbulento*, διαθορυβέω. 120
TVRBVLÆ. 144.151
TVRBIDVS. 206
TVTAMENTVM SERMONIS. 104
TVSSEDO tuſſis, βήξ, & *tuſſieus* apud Vegetium Mulomed. lib. 4. c. 8. Et *Tuſſiacus* apud Firmicum. 222
TVTATOR. 52
TVTELA cura ſiue cuſtodia. 148.174
TYRANNICVS. 241
TYROCINIVM, initium, rudimentum. Gloſſ. *tyrocinium*, νεολεξία & νεόλεκτος, *miles nouus, ſiue fortis iuuenis, qui ad militiam eligitur rudis*. 189

V.

VACVEFACERE exhanire. Apud Lucret. *vacefieri* lib. 6. Cicero lib. 1. in Catil. *Quid verò nuper, cum morte ſuperioris vxoris nouis nuptiis domum vacuefeciſſes, nonne etiam alio incredibili ſcelere hoc ſcelus cumulaſti?* Et paulò poſt: *Quid quod aduentu tuo iſta ſubſellia vacuefacta ſunt*. 187
VACVVS vanus κενός. ſic *vacuus virium* pro inualido apud Plaut. Bacchid. ſcen. Iamdudum. 223.294
VACVVS A CVLPA. Salluſt. bello Catilin. pag. 9. 243
VADATVS obſtrictus. Iſidori Gloſſæ, *vadatur, promittit, pollicetur, fidem dicit*. Et *vades fideiuſſores*. 259
VADERE PLATEAM. 128
VADIMONIVM DIFFERRE, FLAGITARE, SISTERE. Iſidorus, *Vadimonia iudicia vnde apud iudicem per fideiuſſorem vadere liceat*. 134. 150.227.240
VADVM DVBITATIONIS. 239
VAGINA SILENTII. 357
VALEFACERE. 142.159
VALETVDO morbus νόσος. Cicero pro Piſone fol. 395. *Excuſatione valetudinis vti*. Sic *valetudinarius*, qui frequenter ægrotat, νοσώδης. Et *valetudinarium* apud Senecam locus in quo ægri decumbunt νοσοκομεῖον. Columella lib. 12. c. 3. *Si compererit vel ſimulantem languorem ſine cunctatione in valetudinarium deducat*. 210.239.304
VALIDISSIMÆ MANVI cohorti gladiatorum robuſtiſſimæ. 197
VALIDVM CONSILIVM. 163
VANNVS. Iunius Phylarginus

in 1.Georg. *Vannus eſt vas vimineum latum in quod propter capacitatem ruſtici cõgerere frugum primitias ſolent, & libero ſacrum facere.* 262
VAPOR calor. Sic *vapide ſe habere* apud Suetonium. 145. 149.187.188.201.239
VAPORATVS & VAPOROSVS calidus. Egeſippus l.3.c.19. *Maritima regio æſtu maris vaporabatur.* 58.165
VARICVS diuaricatis cruribus. 108
VARIEGATVS ποικίλος. 246. 351
VARIIGETAT. 342
VARIE MVNERABVNDI cum variis muneribus venientes. 271
VASTVS magnus. 128.131.148. 249
VBIQVAQVE. 69.299
VBI DVCIS quò ducis. 236
VBIQVE GENTIVM. 312
VBI LOCORVM. 191
VBIQVE ITINERIS in omni itinere. Sic VBIQVE IMAGINVM pro in omnibus imaginibus. 113.345
VBI TV ES increpantis. Plautus Aulular. *Vbi tu es qui deblateraſti vicinis omnibus.* 109
VECORDISSIMVS. 274
VECORS ANIMI turbati ac rudis cordis. Feſtus: ante dixit IMPOS ANIMI & VECORDIA PERCITVS. 117.120.137
VECTOR pro equo. 111.188
VECTVRA. 54.153.161
VEGETARE exercere. 53
VEGETARI recreari. Firmicus: *Maternorum viſcerum anguſtiis liberatur vitalis ſpiritus, aura non vegetat.* 92.257
VEGETIOR valentior. Papias, *vegetus, fortis, validus, ſoſpes.* 105.129.181
VEHENS pro eo qui vehitur. 103
VEL etiam diſiunctiua pro copulatiua particula. 152.170. 224
VELITARI pugnare. 164.195
VELITARI CONTRA ALIQVEM CALVMNIIS. Sic *verbis velitationem facere.* Plautus Aſinaria ſc. Vbi ego nunc. 274
VELITARI IN ALIQVEM LAPIDIBVS. 234
VELITARI CONTRA ALIQVEM SCVRRILIBVS IOCIS. 212
VEL ENIM. Vide Mercerum ad Nonium.132. Sic QVOD VTINAM in Floridis. 329
VELITARI VENEREIS PRÆLIIS pro concubitum exercere. Vide PRÆLIVM.
VENDIBILIOR. 212
VENDITARE vendere. 219
VENDERE FVMVM decipere. Vide Caſaubonum ad Capitolinum pag.118. Lampridius Seuero, *Fumo punitur qui fumum vendidit.* 313
VENEFICA de malâ muliere. 252
VENENARIVS φαρμακός. Firmicus, *Cum maleficis & venenariis crimino ſa vita conſortia ineunt.* 291
VENEREM RECOLERE. 163

VENEREM HABERE IN ALIAM. 106 (105
VENEREA VOLVPTAS coitus.
VENÆ. Firmic.8. Aſtron.c.17. *Qui latentes auri & argenti venas ſolertibus inquiſitionib. ſequantur*, Plin. Natur. Hiſtoriæ lib.2. c. 63. *Penetramus in viſcera auri argentiq́; venas fodientes.* 68
VENIA χάρις. 336
VENIA pax Deorum. 174
VENTER progula. 284
VENTILARE *verſare, examinare, purgare, diſcutere.* Papias. 126
VENTORVM PRÆLIA. Vide Lucret. 67
VENTOSVS ἀνεμώδης. 162
VENTVS INANIMIS, ventus ſine ſpiritu quod contra naturam eſt. Videndus Beroaldus & Notæ noſtræ ad Arnobii lib.1. 103
VENVS pro μίξει ſiue coitu. 163
VENVS MVRCIA. 175
VENVS ALMA MAGNA. 156.175
VENVS PENDVLA. Beroaldus interpretatur, *Venerem quæ fit à fœmina ſupra ſtante.* 123
VENVS COELESTIS, οὐράνιος. 281
VENVS VVLGARIS πάνδημος. Engraphius in Eunuchum Terentii act.1. ſc.2. *Menander apertè dixit, Meretrices iuxta domū ſuam vel in atrio ſolitas habere aram Veneris vulgaris, cui quotidiè ſacrificarent.* 281
VERBA TERTIATA pro imperfectis. 166
VERBA INVERSA obliqua. 389
VERBA SERERE. 175.P
VERBERO maſtigia. 216.242
VERBIGERARE. Onomaſtic. *Verbigero, λογομαχῶ.* 321
VERBORVM INCENDIVM. Sic *flagella verborum* apud Minucium Felicem. 165.P
VERBORVM SALEBRÆ. 114
VERENS pro veritus. 148
VEREOR timeo. 339
VERETILLA veretrum. 296
VERNO CORONAMINE coronis verno flore cōtextis. 161
VERNVLA οἰκογενής, ſeruus in domo natus. 153.265
VERNACVLVS οἰκοτρεφής. Papias, *Vernaculum, proprium, familiare.* 114
VEROVERIVS. Notæ ad Arnobium. 88
VERSARI tractari. 236
VERSIFICARE. Quintil.lib 10. *Cornelius ſecundus verſificator quam Poeta melior.* Firmic.l.6.aſtron. *Verſificatores redditi.* 46
VERSIPELLIS doloſa. 124
VERTEX polus. 57
VERTEX ÆTHERIS corpus ſphæricum. Vide Ludouicum de la Cerda ad 1.Georg. fol.241. 43.120
VERTEX MONTIS κεφαλὴ ὄρους, ἀκρώρεια. Regum 2.c.26. *Cū tranſiſſet paululum per montis verticē.* 106.141.173.178.348
VERTEX PERICVLI. 73
VESANVS παράφρων. 110.207
VESPERA veſperi. Lactant. ad S. Statii Thebaid. pag.174. *Veſpera,*

Veſpera, tempus quo ingreditur nox. Aurel.Cæſ.ad Frontonem, *Veſpera fatigatus, luce dormitans.*
VESPILLO νεκρόφορος, cadauerum elator. 362
VESTE REFLATVM quaſi flante vēto renudatū. Beroald⁹. 116
VESTICEPS pubeſcens. Auſon. Idyll. 5. *Idem veſticipes metu iam puberis aui.* 336
VESTIGIVM pro iudicio. 226
VESTIRI LVCE. Sic *veſtiri candore.* Hierony. de Reſurrect. Emēd. & Notæ ad Arnob. 58
VESTIRI de pratis. 253
VESTIS STRAGVLA. Aſconius *pictam veſtem* interpretatur. Papias, *Stragulum veſtis diſcolor artificioſè diſtincta.* Sic *ſtragulum varium* in Gloſſis Arabico-Latinis. ponitur hîc pro *opertimento nocturno.* vide quæ doctiſſ. Scriuerius notat ad Martialem pag. 72.
VESTITIOR. 288 (147.249
VETERATOR παλίμβολος, antiquus, tergiuerſator vel fraudulentus. 223
VETERATRIX πανοῦργος, callida, verſipellis. 230
VETERNVS Gloſſæ Seruii, *veternus, φθίσις.* Gloſſæ, *veternoſus, φθισικὸς, ὑδρωπικός.* 223
VETERNVS Papias, *veternus oppreſſio cerebri cum obliuione & ſomno.* 242
VEXILLARIVS σημειοφόρος, ſignifer. Vide ANTESIGNANVS. 246
VEXILLATIONES pro alis equitum. 191
VIANTES viatores. 184. 189. 197
VIARE. Papias, *Viat, it, iter facit, inde Viator.* Tertull. Apologet. c. 21. *Deuiare pro exerrare* ponit. *Deuiantes à diſciplina in profanum modum.* Vulgò ineptè legitur, *Deriuantes.* 184. 240
VIATICVLVM & VIATICVM ἐφόδιον. 180. 191
VIBRANTIBVS. 117
VICARIA VENERATIO, poſtea vocat PARTIARIVM HONOREM. ſic Tertull. de Reſurr. carnis c. 42. *Vicariū baptiſma.* Quintil. declam. 34. *Vicarios oculos dare.* Seneca fol. 814. *Qui ſe vicarium pro coniuge dedit.* Rituale Antiquū: *Vicarium ſua matri, virgini filium ſubrogaret.* 128. 156
VICARIVS SERVVS. Gloſſæ *δοῦλος οἰκέτου, vicarius.* Plaut. Aſinar. ſc. Quid hoc eſt negotii, *Ecquis pro vectura oliui reſoluit.* LI. *reſoluit.* LE. *cui datum eſt.* LI. *Sticho vicario ipſi tuo.* 213
VICE in vicem. *Vice pecorum.* Salluſt. 54. 107. 216
VICEM ALICVIVS INGEMISCERE. 223
VICES dicuntur cuſtodiæ militum qui ad vigilandum ſibi viciſſim ſuccedunt. Lactant. ad Statii Thebaid. l. 12. pag. 413. lib. 1. de Mund.
VICINIA AMNIS. 111
VICTIMAR. Gloſſæ Iſidori, *victimo, immolo.* 192. 197

Q 5

VIDE QVID AGAS. Olim dictũ magna aggredientibus. Vetus in Epiſt. ad Marcũ Imp. apud Vulcat. Gallicanum: *Vide quid agendum ſit, ego hominem non noui.* 179
VIDE cura. Cicer. ad Attic. lib. 1. ep. 1. *Vt prandium nobis videat.* Plaut. Ruden. Aliquando oſculum do. *Sacrificabo poſt ibi videbo nobis cœnam continuo coqui.* 125
VIDERI FACTVM in iudiciis. 272
VIDVARE nudare, deſolare. 68. 138. 154
VIDVVS MENTE. 120
VIGORATVS fortis. 227
VILLICARE villam gubernare. Onomaſt. *Villico,* ἀγρωκῶ.
VILLICO γεωργός. 319 (211
VILLATICA QVIES. 123
VINDICARE IN ALIQVEM. vide Roaldum ad Apuleium pag. 74. 126. 131. 344
VINDICARE SE DE ALIQVO. 336
VINVM MERVM *vt à matre fuit natum* dicit Plautus. Ouidius Metam. lib. 15.
Haud aliter titubat quam ſi mera vina bibiſſet.
Hieronym. in Malach. c. 3. *Calix vini meri plenus.* Notæ ad Arnobii lib. 5. 152
VINVM NECTAREVM optimũ. 183
VINARII VTERES. 192
VINITOR ἀμπελουργός. 350
VINO MADENS, SEPVLTVS. 110. 121
VIOLARE corrumpere. 160. P
VIPEREVM VIRVS. 160. P
VIRES & VIRICVLÆ de patrimonio. 148. 271
VIRETA. Papias, *Vireta viridia loca, vel virgulta mollia.* Gloſſæ Seruii αὐγῶν τόπος. 143. 201
VIRGINAL. Papias, *Virginis membrũ* interpretatur. gloſſę Seruii φύσις, ἡ γυνὴ, χῆρος γυναικεῖον. Solinus cap. 4. *Cõſertum virginal.* Prudent. περὶ στεφ. *Intactum ab omni crimine virginal.* vbi planè pueriliter hallucinatur doctiſſ. Fabricius, dum *virginal* interpretatur locum in quo virgines verſantur. 296
VIRGINALIS VERECVNDIA. *Virginalis pudoris rubor* Capellæ lib. 1. 112. 149
VIRILE SECVS Vide SECVS. 27
VIRILE MARINVM genitale marinum. 296
VIRILITAS virile membrum. 198
VIRIOSVS exitialis, venenatus. 196
VIRIOSA libidinoſa. Nonius *virioſus.* 223
VIROR viriditas. 348
VIRVS venenum. Hierony. ad Chromatium, *Arriani dogmatis virus.* 218
VIRTVS δύναμις vel ἀνδρεία. vide P. Fabri ſemeſtria l. 1. c. 9. 106
VIS PRÆSENTARIA. 225. 333
VIS FVMINÆRIS. 212. 250
VISCVM eſt illud putridum, de quercu

quercu confectũ,quo aues capiũtur. Ex Italia venit. 260
VISCVS pinguedo. 101
VISITARE crebro videre. Duſa Centurion. in Plautum l. 4. c. 25. Plautus Pſeudolo ſcen. Dulcia atq; amara. *Si modo mihi hominem inuenietis propere qui non hic viſitatus ſæpè ſit.* Sic rectè Germaniæ ocellus Camerarius. 53
VITREVS pellucidus. Ouidius: *Eſt nitidus vitroq; magis pellucidus amnis.* 157
VITILIGO. *albam varietatem & inhoneſtam figurationem* vocat Firm. l. 6. aſtron. c. 31. Arnob. *Albicantium vitiliginum notus.* Celſus tres eius ſpecies ſtatuit ἄλφον, μέλαν & λεύκην, lib. 5. c. vlt. cuius verba in Appendice adduximus. Apud Vegetium Mulomed. l. 2. c. 52. malè *Vligines* pro Vitiligines legitur. 306
VIVAX METALLVM ſulphur. 228
VIVÆ ARBORES virentes. Statius lib. 6. Thebaid. *Quo fonte immenſum viuat mare.* Scholiaſtes: *Oſtendit Poeta viuum & viua poſſe dici ea quæ neque anima neq; ſpiritu mouẽtur. & viua aqua perennis.* Vide Druſium ad Deuteronom. cap. 39. 253
VIVERE GRACILI LARE. 219
VITÆ in plurali numero. 263
VITA victus. 219
VITAM viuere. 289
VITAM EVADERE mori. 148.
Elegantiſſimè circumlocutus eſt hanc phraſin feſtiuiſſimus noſter Platonicus, vt:
AD MANES DEMEARE. 179
CONSVMARE FABVLAM. 354
DIEM SVVM OBIRE. 151. 292. 332
EDERE VITAM. 50
EDERE ANIMAM. 336
EFFVNDERE SPIRITVM. 251
ELIDERE DAMNATVM SPIRITVM. 207
FATO CONCEDERE. 318
FESTINARE AD INFEROS. 109
HOMINES RELINQVERE. 2
IMPLERE FABVLAM. 254
MANES ADIRE. 301
PEREFFLARE ANIMAM. 207
PERSONAM VITÆ DEPONERE. 354
REBVS HVMANIS DICERE VALERE ET PLAVDERE. 354
SPIRITVM EFFLARE. 129
TERMINVM VITÆ PONERE. 147
VITA DEMIGRARE. 331
VITAM FATO REDDERE. 152
VITÆ METAS VLTIMAS OBIRE. 151
VIVACIS PERNICITATIS. Sic apud Agellium lib. 5. cap. 2

Viuaciſſimus curſus. 363
VIVI CARBONES igniti. 137
VLTIME AFFECTVS malè affectus. 105
VLTIME VERBERATVS ſæuiſſimè verberatus. 250
VLTIMA conuitium in peſſimam mulierem. 136.224
VLTIMA PATI, *extrema pati,* apud Curtium lib. 3. 103
VLTIMA CLADES. 255
VLTIMÆ FORTVNÆ peſſimæ. 179
VIVVM FVNVS eleganter dictum, cũ ipſa Pſyche viuens, tamen vt mortua efferebatur. Beroaldus. 158
VLVLABILIS. 143.161.240
VLTRAMVNDANVS. Marciano Capellæ lib. 2. *Extramundanus.* 63
VLTRICES Eumenides ſiue furiæ. ſic *vltrices diræ & deæ* apud Val. Flac. & Ouid. 207
VLTRO CITROQVE ἑκατέρωσε. 211
VLTRONEVS αὐτόμαλος, ante dixit *ſpontalis.* 111.128.175
VMBO pars togæ. Tertullia. de Pallio. 258.350
VMBRA IGNOBILITATIS. 284
VNCINVS peſſulum ſiue ὁ ὀχεὺς τῆς θύρας. Papias *vncat, curuat, & vncum, curuum. inde vncinus.* Harpocration ῥόπτρον τῆς θύρας κρίκον. Onomaſtic. *Tigillus,* ἰκρίδιον. Catull. *Ianua ſuffixa tigillo.* Ouid. 1. amor. eleg. 6. *Roborib. duris ianua fulta riget.* 135
VNCTVLVM vnctio ἄλειφαρ. 139
VNDA pro turba & multitudine. Sic Cic. pro Planco, *Vndas comitiorũ* dixit, ꝑ *variã ſententiarũ multitudine.* 177
VNDARE abundare. bullire. 122
VNDANTIA LABIA. 142
VNDE VNDE. Tertull. de Animâ c. 51. *Certe vnde vnde ſunt iſta.* Plautus Pſeudolo act. 1. ſc. 1. *Vnde vnde dicam neſcio, niſi quia futurum eſt.* 172
VNDIQVEVERSVM. 144.322
VNDIQVE LATERVM ex omni parte. ſic etiam dicit, *Vndiq; gentium.* 209
VNGVEDO vnguentum. 138
VNGVEN ἀλοιφὴ vnguentum. ſic etiam Prudentius. 362
VNICA CALCE vnico ictu. 184
VNIVERSI OMNES, poſtea dicit, CVNCTI OMNES, σύμπαντες. 189.193
VOCABVLVM nomen. ſic apud Salluſtium & Saluianum *vocabula rerum.* Marius Victorinus in Geneſin.
—— *Vitiiſq; vocabula recti Indimus.* 113
VOCALIS φωνήεις. 175.326
VOCARE AD DISCRIMEN CAPITIS. 221
VOCITARI. Gloſſæ Vocito, ἀναφωνέω. 62
VOCVLA ῥημάτιον. 249
VOLANTIA de auibus. 296
VOLVCRIS. 44.56.73
VOLATICVS. ſic *volatica gaudia* apud Tertull. de pœnit. c. 11. 172
VOLATILIS. 168.175
VOLENTIA. 259

VOLVBI-

Volvbilia. 165
Volvmen circumactio. 57. 169
Volvptas de ſpectaculis. Firmicus, *ſanguinaria voluptas.* Et: *Gladiatores faciet publicis voluptatibus deputatos.* Notæ ad Minucium Felicem. 105. 158
Volvptas coitus. Ouid. amorum l. 1. eleg. 4. *Sæpe mihi dominæq; meæ properata voluptas.* 119. 240. 249
Volvptarii secessvs. 123
Volvt ari fatorvm flvctibvs. 243
Volvtatvs. 144
Volvptari libidinari. 219
Voti gavdeo. Beroaldus interpretatur, *ex animo gaudeo.* 113
Votivvs adoptatus. 193. 216
Vox
fracta. 239
stridens. 145
contenta. 120
contentissima. 147
diminvta. 135
tenvis. ibid.
semihians. 166
Vpilio. ſic quidem ſemper Membranæ Florentinæ, *non opilio.* & probat de la Cerda ad 10. Ecl. Virgilii. A gel. l. 16. c. 6. *De ouium dentibus nemo niſi vpiliones percontatur.* 169. 270. 341
Vrbicvs vrbanus. Onomaſt. *Vrbanus, vrbicus,* ἀστικός. Prudent. *Alumni vrbici. Cinis vrbica,* in paſſione Anaſtaſii. 121. 190. 272
Vrbs latia Roma. 102
Vredo ardor. 167
Vrgvere. Ita repoſui ex Memb. Florentinis. Et veteres etiam *Ninguo, Tinguo, Vnguo* dixerunt, vt obſeruat Priſcianus lib. 10. Reddidit etiam Lucretio & Horatio hoc verbum Giſanius. 205
Vrigo ardor libidinis. 105
Vrit vritur. 117. 118
Vrnvla κάλπη. 179
Vsqve qvaqve πάντῃ, πάντως, πανταχοῦ. 355
Vsqvam gentivm. 123
Vstrina incendium τὸ καυστηρεῖα. 196
Vsvra vſus. 18. 20
Vsvrpare ocvlis, visv. Feſtus Auienus. *Vſurpandum oculis ſeſe dabat occurrentum.* Lucretius & Plautus ſæpe. 41. 53
Vsvrpare vocem. 326
Vsvi esse. 357
Vsvs opus. Plautus Aſinaria ſc. Sicut tuum. *Viginti iam vſus eſt filio argenti minis.* 272
Vsvvenire. 52
Vtcvnqve ὅπως, δήποτε. 148
Vtensilia. Papias: *Viatici ſumtus vel mobilia domus vſibus apta.* 345
Vtercvlvs. 118
Vtricida. 137
Vvlgarivs. 272
Vvlpinaris amasio fraudulentus amator. Nonius. *Vulpinari.* & *vulpis* pro aſtuto, malitioſo & callido

homine apud Lucam cap.13. verſ. 32. Ariſtotel. animal. hiſtor. lib.1.c.5. 139
VVLPIO deceptor. 228
VVLTVRIVS pro rapaci. Cicero in Piſonem cap.16. *Appellatus eſt hic vulturius illius prouinciæ ſi diis placet, imperator.* 185. P
VVLTVOSA FRONS triſtis. Capella lib.2. *Matrona circa faciem vultuoſa.* Quintil. lib.2. c.vlt. *Vultuoſa pronunciatio.* Prudent. in Roman. Martyr. *Quod vultuoſus quod ſupinus.* Sidonius lib.1.ep.11.lib. 10.ep.12. 135
VXOR pro conſuetâ. 104
VXORCVLA. 219
VXORIVS γυναικεῖος. Quintil. declamat. 388. *Habuimus maritum nimium quoq; vxorium.* 173

X.

XENIOLA dona quæ hoſpitibus & amicis mittebantur. Vide R[illegible]erum ad Martial. fol. 841. & 842. 119

Y.

YADES ſtellæ quinque in modum literæ Y in fronte tauri poſitæ, Papias. 42

Z.

ZELOTYPVS. Sic *zelotypi paſſiones* apud Arnob. Papias, *zelotypia mala ſuperſtitio contra vxorem.* Firmic. *Homines faciet ſtridentis animi ſuſpicioſos atque zelotypos.* 244
ZYGIA TIBIA nuptialis. 157

E X P L I C I T V M
XIV. LVNA MARTIA.

AN. XPI. ∞. IↃ. CXXI.

Si liuor obtrectare curam voluerit,
Non tamen eripiet laudis conſcientiam.

A01 1461201

Digitized by Google

Digitized by Google